

RUDIMENTA LINGuae HEBRAICAE

SCHOLIS PUBLICIS ET DOMESTICAE DISCIPLINAE
BREVISSIME ACCOMMODATA

SCRIPSERUNT

DR. CHR. HERM. VOSEN ET DR. FR. KAULEN

EDITIO DECIMA QUARTA

FRIBURGI BRISGOVIAE
HERDER & CO., TYPOGRAPHI EDITORES PONTIFICII

Omnia iura reservantur

Prooemium

primae latinae editioni

anno MDCCCLX ab auctore additum.

Abhinc septem annos grammatica hebraicae specimen edidi vernaculo sermone conscriptum, quae editio in hoc temporis spatio sexies repetita brevitatis causa aliquo apud viros scholasticos pretio esse videtur. Eandem rem nunc sermone tractare latino aggressus internam libelli rationem non mutavi. Ut antea ita nunc subtilioribus quaestionibus omissis id unum operam dedi, ut brevi ac circumcisa rerum definitione tironibus ad linguam hebraicam aditus pararetur quam facillimus. Quid enim linguae hebraicae cognitioni magis obstat quam longi laboris illud taedium, quo adolescentes capiuntur, cum iam in ipsis hebraicae linguae elementis ediscendis magnam rerum subtilissimarum et minutissimarum copiam memoriae mandare cogantur? Leges igitur grammaticorum quam strictissime pronuntianda sunt, neque quidquam proderit tironem omni allata exceptione in praceptoribus accurate intelligendis ineundisque tardari, cum postea in studiorum progressu illae difficultates, quae raro in bibliis sacris occurrunt, facilius et a praceptoribus exponantur et a discipulis intelligentur. Quamobrem quaecunque a vulgari linguae hebraicae usu longius recedere et rara parumque solita esse videbantur, in hoc libello omittenda esse putavi. Eodem modo in exercitationibus analyticis via brevissima omnino est preferenda, quoniam non pueris inexercitatis rudimenta hebraicae linguae proponuntur, sed adolescentibus in linguarum studiis alioquin satis versatis. Quamquam adulto quoque tironi in discendo quasi scalae quaedam necessariae sunt, quibus magistri manu adiutus a levioribus ad difficiliora commode ascendat, tamen hae scalae breves esse debent, ut adolescentes brevissimo temporis spatio necessariis praesidiis instructi ipsam librorum sacrorum interpretationem confidenter et impigre aggredi possint. Quare in constitutis atque explicandis regulis praecipue brevitati prospexi, ita

tamen, ut libellus ad scholarum usum destinatus simul studiis privatis et sine praceptorre susceptis opem ferre posset.

Praefatio octavae editioni addita.

Scriptore huius libri mortuo cum a redemptore amicissimo ad novam editionem parandam evocarer, in absolvendo ac perficiendo opusculo tantum tribuere doctrinae statui, quantum per pietatem auctori clarissimo debitam liceret. Itaque, quae cum linguarum scientia, qualis nunc est, iam non convenire videbantur, retractavi, syntaxim exemplis uberioribus instruxi, sermonem emendavi atque magis perspicuum reddidi; internam autem quam scriptor vocavit libri rationem etiamsi invitus retinui, brevitatis legi non derogavi atque, ne praceptoribus dissimilitudo librorum in scholis adhibitorum accusanda esset, cautionem adhibui. Sextam editionem benigno amicorum auxilio ceteris accuratiorem et solidiorem reddere licuit; unde eam non dubitavi emendatissimam inscribere atque libelli formam statui in posterum immutatam relinquere. Nihilominus etiam in hac octava editione pauca quae notanda adhuc apparuerunt emendata sunt; dissentium autem utilitati addita exercitationum copia atque amplificato vocabulorum indice provisum est.

D. Bonnae, Kal. Ian. MDCCCXCIX.

Dr Fr. Kaulen.

Nonae editionis lectori benevolo.

In nova huius opusculi editione procuranda cum pietati auctoribus illustribus debitae tum doctrinae methodique progressibus necnon criticorum votis satisfacere enixe studui.

Quare pristinam partis grammaticae rationem retinui, orationem autem, ut quam maxime fieret perspicua, non raro mutandam esse censui. *Transcriptionem* quoque vocabulorum hebraicorum accuratiorem reddidi; sed ut omnes, quae in ipso sermone hebraico non occurrunt, vocabulorum formas latinis literis scribebam, adduci non potui; usus enim docet multo facilius intellegere tirones, quae ratio intercedat e. g. inter סִפְר et סִפְרָה quam inter siφְר et סִפְרָה.

Deinde necessitate commotus *regulas grammaticas* haud raro uberius explicavi. Etsi enim hic liber id spectat, ut „subtilioribus quaestionibus omissis tironibus ad linguam hebraicam aditus paretur quam facillimus“, minime tamen licet brevitatis causa quidquam dicere falsi. Sed eum, quo regulae expositae erant, *ordinem*, quamquam hic illic minus placuit, tamen servavi exceptis pronominibus, quae anteposita ad verbi flexionem intellegendam plurimum conferunt.

In parte vero practica a prioribus editoribus longius discessi. Ea enim, quae nunc viget, docendi methodus optimo iure postulat, ut tirones ad linguas cognoscendas non tam instituantur praeceptis quam usu. Itaque „maior exercitationum copia“ octavae editioni adiuncta servata est deletis iis, quae rarius inveniuntur, vocabulis. Eae tamen exercitationes, cum ex singulorum tantum nominum verborumque formis constent, neque dissentium animos adiciunt neque linguae hebraicae leges satis illustrant. Quare id potissimum egi, ut *enuntiationes* exempli causa adlatas augerem. *Latina* quoque exempla addidi in hebraicam linguam vertenda, quod plurimum valere ad grammaticae pracepta illustranda et in mentibus memoriaque discipulorum defigenda neminem esse puto, qui audeat negare.

In disponendis autem illis enuntiationibus non partis grammaticae ordinem sum secutus, sed leges practicas, quibus ipsa quoque instituendi ratio magna cum utilitate accommodatur. Omnis enim delectatio, quam linguae hebraicae tirones discendo percipiunt, brevi evanescet, si primam grammaticae partem, universalem eamque intellectu satis difficilem, uno tenore memoriae infigere cogentur. Itaque haec nova editio ita instituta est, ut tironibus, ubi scribendi notas didicerint, parvae enuntiationes proponantur, ad quas formandas imprimis apta videntur *pronomina*. Deinde regulae, quae de adsimulatione, de gutturalibus, de syllabis efficiendis valent, diversis illustrantur *articuli* et *particularum* (*Waw* copulativi, praepositionum, *He* interrogativi) formis. Tum doctrina *nominis*, quippe quae simplicior faciliorque sit quam verbi, explicatur; denique sequitur *flexio verbi* magis contorta et difficilis.

Exercitationibus addidi *vocabula* quaedam *ediscenda*; inter omnes enim constat multos discipulos ideo textus hebraicos minus intellegere, quia ne usitatissima quidem verba memoria tenent.

Aetatis nostrae Pontifices Maximi, Leo XIII et Pius X, identidem optaverunt, ut ii qui theologiae student, ad sacram scripturam cum explicandam tum defendendam quam perfectissime discerent linguam hebraicam. Faxit Deus, ut hic liber, qui quin quaquinta iam annos permultis tironibus ad descendam venerabilem eam linguam inservivit, nonum nunc in lucem editus ad illud Summorum Pontificum desiderium adimplendum paululum conferat.

Iosepho Klinkenberg et Huberto Lindemann, professoribus Coloniensibus, qui in libro hoc emendando libenter me adiuverunt, gratias ago quam maximas.

Coloniae, mense Decembri 1910.

Iacobus Schumacher.

Index.

Prolegomena. De linguae hebraicae historia.

§ 1. De linguis semiticis	1
§ 2. De lingua hebraica .	3

Liber prior, γραμματικός.

Pars prima. De linguae elementis.

A. De scriptura hebraica.

§ 3. De literarum ordine sive de alphabeto	10
§ 4. De signis vocalium sive de punctuatione	12
§ 5. De nota Š ^e wa	14
§ 6. De Š ^e wa composito sive Chaṭeφ . .	14
§ 7. De duplicandis literis sive de Daγeš fortis	15
§ 8. De tollenda aspiratione sive de Daγeš leni; de Raφe	15
§ 9. De accentuum notis. De Meθey	16

B. De sonis et syllabis.

§ 10. De variis literarum generibus	17
§ 11. De gutturalium proprietatibus	18
§ 12. De literis semivocalibus	19
§ 13. De consonantium geminatione et adsimulatione	19
§ 14. De syllabarum discrimine .	19
§ 15. De diversarum syllabarum vocalibus	20
§ 16. De vocabulorum copulatione; de Makkeφ	20
§ 17. De vocalium mutatione. .	21
§ 18. De novis vocalibus ac syllabis efficiendis	21
§ 19. De vocalibus elidendis .	22
§ 20. De pausa .	22

Pars secunda. De vocabulorum formis.

A. De pronomine.

§ 21. De pronomine demonstrativo .	24
§ 22. De pronomine relativo	24
§ 23. De pronomine interrogativo	24
§ 24. De pronomine personali (et possessivo)	25
§ 25. De articulo	25

B. De verbo.

I. De verbi hebraici proprietatibus.

§ 26. De verbi generibus, temporibus, modis, personis	25
§ 27. De verborum formis derivandis	26

II. De verbo regulari.	
§ 28. De formando septem coniungationum perfecto	27
§ 29. De coniugationibus Pi [“] el et Hi ^θ pa [“] el	27
§ 30. De Da ^γ es in verborum declinatione ponendo	28
§ 31. De perfecti formis personalibus	28
§ 32. De infinitivo et imperativo	29
§ 33. De imperfecto et participio	29
§ 34. De verbis intransitivis . . .	30
§ 35. De modis exprimendis; de iussivo	31
§ 36. De forma paragogica *	31
§ 37. De Waw consecutivo	31
§ 38. De verbo regulari suffixis aducto	32
III. De verbis irregularibus.	
1. De verbis gutturalibus.	
§ 39. De verbis primae gutturalis	34
§ 40. De verbis mediae gutturalis	35
§ 41. De verbis tertiae gutturalis	35
2. De verbis infirmis.	
§ 42. Verba נ [”] ד (Pe-’Aleφ)	36
§ 43. Verba י [”] ד (Pe-Nun)	36
§ 44. Verba ו [”] ד (Pe-Joð)	37
§ 45. Verba mediae geminatae יַי (‘Ajin-‘Ajin)	38
§ 46. Veroa יְי (‘Ajin-Waw) .	40
§ 47. Verba וְי (‘Ajin-Joð)	41
§ 48. Verba נְל (Lameð-’Aleφ)	41
§ 49. Verba הְל (Lameð-He) . . .	42
§ 50. De quorundam verborum proprietatibus .	43
§ 51. De verbis infirmis recte distinguendis	44
C. De nomine.	
§ 52. De nominum formatione, genere, numero	45
§ 53. De nominum casibus . . .	45
§ 54. De statu constructo (genetivo)	46
§ 55. Quatenus nomina masculina ad formandum statum constructioni mutentur	47
§ 56. De plurali masculinorum	47
§ 57. De duali	48
§ 58. De statu constructo pluralis et dualis	48
§ 59. Quomodo nomina feminina mutentur	48
§ 60. De adiungendis suffixis	49
§ 61. De nominibus segolatis	50
§ 62. De nominum segolatorum numeris et statibus	50
§ 63. Suffixa segolatis adicienda	51
§ 64. De segolatis, quae gutturales continent	51
§ 65. De segolatis a radicibus נְל derivatis	51
§ 66. De segolatis a radicibus יְי et וְי derivatis . . .	52
§ 67. De nominibus monosyllabis a radicibus יְי derivatis	52
§ 68. De segolatis femininis	52
§ 69. De formis participialibus	53

§ 70. Index substantivorum anomalorum	53
§ 71. De numeralibus	54
D. De particulis.	
§ 72. De adverbii .	56
§ 73. De praepositionibus .	57
§ 74. De suffixis praepositionibus adiungendis	57
§ 75. De coniunctionibus .	58
§ 76. De interjectionibus	59
Pars tertia. De enuntiationum constructione sive de syntaxi.	
A. De syntaxi nominum.	
§ 77. De articulo	59
§ 78. De genere	60
§ 79. De numero	60
§ 80. De casibus	61
§ 81. De appositione	63
§ 82. De repetitione nominum	64
§ 83. Syntaxis adiectivorum	64
§ 84. Syntaxis nominum numeralium	65
§ 85. Syntaxis pronominum .	65
B. De syntaxi verborum.	
§ 86. De usu temporum	69
§ 87. Quomodo imperfecto modi significantur	70
§ 88. De usu Waw consecutivi	70
§ 89. De usu imperfecti paragogici sive cohortativi	71
§ 90. De usu iussivi .	71
§ 91. De usu imperativi	71
§ 92. De usu infinitivi absoluti et constructi	72
§ 93. De usu participii .	73
§ 94. De personalibus verbi formis	74
§ 95. De rectione verborum .	74
§ 96. De dupli accusativo	74
§ 97. De peculiaribus quibusdam verborum constructionibus	75
§ 98. De subiecti cum praedicato coniunctione	75
C. De syntaxi particularum.	
§ 99. Syntaxis adverbiorum	76
§ 100. Syntaxis praepositionum	76
§ 101. Syntaxis coniunctionum .	77
Appendix.	
§ 102. De Veteris Testamenti textu hebraico	77
Liber alter, πραξτικός.	
Pars prior. Paradigmata	79
Pars altera. Exercitia.	
I. Literae et vocabulorum formae	102
II. Enuntiationes .	114
III. Loci librorum sacrorum selecti	132
Vocabula, quae ediscenda commendantur	143
Index vocabulorum in exercitiis occurrentium	153

Prolegomena.

De linguae hebraicae historia.

§ 1. De linguis semiticis.

1. Sermo hebraicus ex earum numero est linguarum, quas viri eruditi appellant semiticis. Sic enim nominatur illarum linguarum genus, quibus nationes e Sem, Noachi filio, ortae utebantur (Gen. 10, 21—31). Linguae semiticae antiquissimis temporibus vernaculae erant iis Asiae regionibus, quae inde a Tigride flumine usque ad medium mare et ab Armeniae montibus usque ad Arabiam australem extenduntur. Unde postea semiticum dicendi genus tum in Aethiopiam tum in septentrionales Africae regiones nonnullasque insulas per medium mare dispersas translatum est.

2. Universa linguarum semiticarum gens pro terrarum situ sermonisque indole dispertitur in quattuor familias: assyrio-babylonicam, aramaicam, arabicam, canaanaeam.

a) Nam quae gentes ad orientem versus Assyriam et Babyloniam incolebant, ea lingua semitica utebantur, quae nostris temporibus e *scriptis cuneiformibus* in lucem prolata est.

b) Incolis regionum septentrionalium (Syriae et Mesopotamiae) ab Aram ortis usitatae erant eae linguae, quae dicuntur aramaicae; magna quoque assyrii et babylonici populi pars pristinis iam temporibus aramaice loquebatur, cum regum et scriptorum sermo esset assyrius. Linguae aramaicae dividuntur in occidentales et orientales. In illarum numerum referenda est lingua *biblico-aramaica* (*aramiθ*, 2 Reg. 18, 26), quae a s. Hieronymo chaldaica vocabatur et in nonnullis librorum Danielis (2, 4—7, 28) Esdraeque (4, 8—6, 18; 7, 12—26) partibus, in versionibus ac paraphrasibus biblicis, quas Targumim vocant, in Gemara palaestinensi adhuc exstat. Itemque huc pertinent dialectus *samaritāna*, quae in translatione Pentateuchi carminibusque quibusdam conservata est

palmyrena in titulis aedificialibus adhibita, *nabataea* in inscriptionibus paeninsulae sinaiticae orientalisque Palaestinae regionis detecta.

In orientibus familiae aramaicae linguis primo loco enumeranda est *syriaca*, qua permulti libri a secundo usque ad tertium decimum post Chr. n. saeculum scripti sunt; deinceps dialectus *mandaea* sive *zabia*, quae in libris gnosticis invenitur.

c) Familia arabica per australes regiones (Arabiam et Aethiopiam sive Abessiniam) diffunditur ac sonorum, radicum, formarum vetustate et varietate celebris est. Linguam Arabiae meridiana, quae *sabaea* dicitur, non cognoscimus nisi ex inscriptionibus, quae longo tempore a. Chr. n. usque ad quartum p. Chr. n. saeculum saxis insculptae magis magisque in lucem prodeunt. Qua vero Arabes septentrionales utebantur lingua, *arabica classica* appellatur vel simpliciter *arabica*. Ea enim iam antiqui poetae carmina illa celeberrima cecinerunt; adhibita vero in Muhammedi Corano lingua ista spiritualem totius mundi islamitici vitam regit posteaque in voluminibus innumeris ab Arabibus usurpata est. Linguae arabicae, maxime *sabaeae*, propinqua est *aethiopica*, quae *Geez* quoque dicitur et inde a quarto usque ad decimum sextum p. Chr. n. saeculum permultis literarum monumentis exulta est.

Usque ad nostra fere tempora lingua Arabiae australis saepe *himjaritica* nominabatur, septentrionalis vero *coreischitica*. Quae nomina tamen nunc a viris doctis iure repudiantur, quia Himjaritae non fuerunt nisi tribus quaedam magnae illius gentis Sabaeorum, quorum regnum olim per longum tempus florebat, Coreischitae vero ea Arabum tribus, quae Caabam illam Meccae sitam custodiebat. Temporum deinde decursu lingua aethiopica usu hominum abiit in *amharicam*, *Tigrē*, *Tigriña*, arabica in dialectos diversas, e. g. *arabicam vulgarem*, *mauram*, *melitensem*.

d) Iam vero quarta familia, quae canaanaea dicitur, aramaicam inter et arabicam quasi media est cum loco tum indole atque natura. Etenim florebat in iis regionibus, quae sitae sunt inter Syriam, Arabiam, medium mare, atque aramaico sermoni simplicitate formarum proxima est, arabico vetustate. Complectitur haec linguas tum *phoeniciam* in nummis atque monumentis nobis traditam, cui dialectus *punica* adiungitur, tum *moabiticam*, cuius monumentum est celeberrima illa inscriptio, quae dicitur Meša' regis, tum, quae vix ab illa diversa est, *hebraicam*, ex qua postera tandem aetate exortae sunt dialecti *talmudica* atque *rabbinica*, quae nomine communi dicuntur lingua *neohebraica*.

Sed versemur reliquis praetermissis in lingua hebraica docenda, quippe quae in libris canonicis Iudeorum, si pauca aramaice scripta exceperis, unice reperiatur ideoque literarum sanctorum studiosis imprimis nota esse debeat.

§ 2. De lingua hebraica.

1. Nomen linguae hebraicae deductum est a vocabulo „*Hebraei*“, quo Iudei ab exteris nationibus designari solebant. Unde vero ipsa Hebraeorum appellatio derivanda sit, haud ita constat. Sunt, qui eam ab *Heber*, Arphachsadi nepote, deductam putent, propterea quod inter gentes ex ipso ortas Hebraeorum natio principatum obtinuerit. Nostra vero aetate plerique grammatici nomen ‘*Ibrîm*, i. e. Hebraeorum, profectum esse volunt ex ‘*eber*, i. e. terra *trans* flumen sita; Abram enim, Hebraeorum gentis auctorem, cum in Palaestinam immigravisset, a terrae illius incolis ‘*Ibrî* dictum esse docent, eo quod antea trans flumen Iordanem (vel ut alii dicunt, trans Euphraten) habitasset.

Ceterum nomen „*hebraicum*“ ei, de qua agimus, linguae in scriptis vernaculis non tribuitur; principio enim *l'šôn K'nâ'an* i. e. linguae canaanaeae appellatione notata est. Nam quo tempore Abram e Mesopotamia exire iussus est, regionem palaestinensem tenebant, qui Romanorum lingua Phoenices, sua ipsorum *K'nâ'anîm* sive Canaanaei vocabantur. Cur hi, etsi chamitico genere erant, eodem semitico sermone, qui nunc dicitur hebraicus, uterentur, non satis exploratum est. Longo tempore, antequam Canaanaei, ut probati auctores docent, ista loca occuparent, dispersione gentium facta in utraque Iordanis fluminis ripa consederunt nationes semiticae, quae in libris sacris nominibus ‘*Avîm*, *Zuzîm* sive *Zam-zummîm*, *R'qaîm*, *Kaðmonîm* designantur. In quorum sedes cum Canaanaei terra marique advenientes paulatim invasissent, utriusque foedus amicitiamque fecerunt, et ut in his rebus fieri solet, advenae ab originum linguam receperunt. Quo factum est, ut Abraham novis sedibus potitus homines genere disiunctissimos sermone admodum propinquos sibi esse agnosceret. Quem quidem sermonem Abraham eiusque populares perpetuo incolarum commercio usi suum fecerunt eumque posteris suis quasi haereditate reliquerunt.

Eandem linguam illi in Aegypto degentes servabant et in Palaestinam reduces tamquam nativam atque congenitam retinebant. Manebat tamen nomen *s'qað K'nâ'an* (Is. 19, 18), quo pridem eis iste sermo innotuerat; eo autem tempore, quo summa regni in una tribu Iuda constitut, *j'huðið* quoque, i. e. *iudaicum*, vocabatur

(2 Reg. 18, 26). Denique in libris sacris Novi Testamenti occurrunt voces ἡ ἑβραῖς διάλεκτος (Act. Ap. 21, 40) et ἑβραϊστί (Io. 5, 2; 19, 13 17 al.). At his nominibus plerumque intellegitur lingua aramaica, tunc in Palaestina usitata, raro hebraica. Christi enim temporibus Hebraeorum lingua pariter atque natio ipsa suum cursum perfecerat et ad vigendi exitum devenerat.

2. Antiquissimis temporibus lingua canaanaea scriptis expolita fuisse videtur. In glossis enim, quae appositae sunt ad literas el-Amarnensibus ex Palaestina Pharaonibus missas (anno circiter 1400 a. Chr. n.), iam invenitur. Libri quoque Moysis eo orationis genere scripti sunt, ut linguam eorum longo ante tempore scriptis conformatam esse dixeris. Pietas autem Moysi, sanctissimo illi viro summorumque beneficiorum auctori, exhibita effecit, ut postea lingua Pentateuchi quasi norma quaedam ac regula a cunctis librorum scriptoribus observaretur. Quae veneratio in causa fuit, ut lingua hebraica, qualis quidem in scriptis apparet, temporum decursu minus, quam alias fieri consuevit, commutaretur et extenuaretur; domesticum vero sermonem non tam integrum mansisse certa indicia sunt.

Sed Hebrei postquam libertate amissa inter exterias nationes habitare coacti sunt, consuetudinem domestici sermonis minus sanctam habere externoque dicendi genere uti cooperunt. Itaque qui postea ex Babylonia in patriam reverterunt, nativam linguam, sed aramaico colore tinctam adhibebant. Et quamvis in libris scribendis orationem Moysis etiam tum imitari studebant, tamen quidquid post exsilium hebraice scriptum est, indolem aramaicam sapit et ab ingenii hebraici puritate plus minusve abest. Deinde ut nova Iudeorum respublica discrimine temporum est diminuta, ita sermo eorum a nativa indole alienatus est, donec Machabaeorum temporibus sermo aramaicus in locum domesticae linguae succederet. Qua de causa in libris Novi Testamenti ἡ ἑβραῖς διάλεκτος aramaica lingua intellegitur, et quae proferuntur verba aramaica, e. g. Ἀββᾶ (Rom. 8, 15), Ἀχελδαμά (Act. Ap. 1, 19), Μαρὰν ἄθά (1 Cor. 16, 22), Ταλιθὰ κοῦμι (Marc. 5, 41), vocantur hebraica. Ipsum autem nomen „hebraicum“ postea non iam usurpatum est nisi a Christianis; nam qui ex Iudeis de ea disseruerunt, nomen ei dederunt *l'sôn hakkódeš*, i. e. linguam sanctam.

3. Ex quo tempore linguae hebraicae historiam nobis licet assequi, literis eam consignatam esse constat. Priscis temporibus universae linguae semiticae (excepta antiquissima scriptura assyrio-babylonica, quae erat cuneiformis) communi quodam alphabeto instructae fuerunt, cuius effingendi ansam dedisse videntur

signa ab Aegyptiis scribi solita. In literis formandis adhibebatur lex quae dicitur *acrophoniae*. Literae enim primae erant imagines simplicissimae rerum maxime notarum, quarum nomina incipiunt a consonantibus, quae illis literis significandae erant. *'Aleph* (= bos) principio capitis bovis imago (✚), proinde etiam bovis ipsius erat, cuius nomen ab *'Aleph*, i. e. a spiritu leni incipit; *Jod* (= manus) primo erat imago manus (¶), cuius nomen a consonante *Jod* incipit (vide literarum tabulam pag. 11). Hisce literarum signis plerumque nomen tribuitur phoeniciis, quippe quae e Phoenicum nummis ac titulis primo nobis innotuerint. Eadem signa a Phoenicibus aut ab Aegyptiis inventa esse videntur. Num scriptura quoque cuneiformis Assyriorum et Babyloniorum in efformando illo alphabeto cooperaverit, incertum est. Quibus literarum signis postero tempore Babylonii et Assyrii, Poeni et Palmyreni, quin etiam Graeci et Etrusci usi sunt; Hebraei quoque, donec prior eorum respublica stetit, signa illa sola in scribendo adhibuerunt. Quare in Iudeorum Talmude literis phoeniciis nomen inditum est *k'ṭaθ iθrî*, i. e. scriptura hebraica. Egregium huius scripturae documentum est inscriptio a Meša^c rege Moabitarum (2 Reg. 3, 4 sqq) nono a. Chr. n. saeculo composita et prope Dibon, quod oppidum haud procul a Mari mortuo situm est, nostra aetate inventa. Moabitae enim et lingua et literis ab Hebraeis vix discrepabant. Quod demonstrant inscriptiones hebraicae anno 1880 in canali siloитico, 1905 in Megiddo, 1907 in Jericho inventae, quae scripturae moabiticae sunt simillimae.

Post exsilium babylonicum autem simul cum lingua aramaica etiam scriptura magis magisque a Iudeis recepta est. Novae literarum notae a posteris Iudeis *k'ṭaθ aššurî*, i. e. *scriptura assyria*, appellantur (nomen *aššur* hic in ampliore sensu intellegendum significat omnes regiones ad mare mediterraneum sitas, quas Aramaei incolebant). Quae literarum semiticarum species paulatim (a quarto fere usque ad secundum a. Chr. n. saeculum) ad formam quadratam reducta nomen recepit *k'ṭaθ m'ruba'*, *scripturam quadratam*. De hac literarum permutatione Iudei tradunt novas literarum formas ab Esdra introductas esse, ita ut libri sancti, cum usque ad id tempus literis phoeniciis scripti essent, eius auctoritate quadratis rescriberentur. Esdram ipsum illud scribendi genus reperisse (cf. s. Hieronymus in Prol. gal.) minime constat; sed ab illius aetate novam scripturam solam in libris canonicis adhibitam esse indeque indolem sacram recepisse nemo negat.

Duo ista literarum genera per *longum tempus simul* in usu

erant. Atque adeo phoeniciae literarum notae cum ex librorum scribendorum usu penitus eliminatae essent, in publicis tamen monumentis adhibitae sunt. Nummi enim a principibus Machabaeis cusi et adhuc superstites eisdem literis insigniti sunt; etiam secundo p. Chr. n. saeculo Bar-Cochba antiquitatem iactans nummorum inscriptiones phoeniciis literis composuit. Quae eadem aetate facta sunt, ex qua tituli quadratis literis perscripti ad nos pervenerunt, velut inscriptiones duae in arce Hyrcani principis detectae. Denique antiquiorum notarum usus a *Samaritanis* retentus est, et quemadmodum Pentateuchum quondam a Iudeis phoeniciis literis traditum accepere, sic etiam nunc et hebraicum textum et samaritanam eius versionem istis literarum signis scribunt; nomen autem eis tribuunt et ipsi *k̄̄θaβ iθr̄i*.

Utrumque literarum genus commune habet primo quod consonantes tantum, non vero vocales propriis notis designantur, secundo quod scribendi ordo a dextra incipiens sinistram versus procedit. In neutro scribendi modo principio singulae voces spatiis separabantur; Samaritani autem iam pridem vocum exitus atque initia puncto interposito indicaverunt, Iudei quadratis literis utentes inde a primo a. Chr. n. saeculo voces spatiis interiectis distinguere coeperunt.

4. Iudei postquam sui iuris esse desierunt, maiore etiam quam antea studio mores, leges, ingenia a contagione nationum ceterarum integra servare studuerunt. Unde factum est, ut ex eo tempore in domesticis literarum monumentis propriaque lingua industriam ponerent maximam. Ac primum quidem per d̄o post capta Hierosolyma saecula in *definiendo sacrorum librorum textu* summam operam collocaverunt, ut postero tempore ne litera quidem addi, demi, immutari posset. Quod sine debita artis criticae peritia factum esse iidem libri antiquitus in ceteras linguas translati abunde demonstrant. Laboris illius a Iudeis impertiti specimena adhuc exstart *puncta* quae dicuntur *extraordinaria* locis quindecim (e. g. Gen. 16, 5; Is. 44, 9; Ps. 27, 13) super vocibus singulis posita; has enim voces primo tolli iusserunt, postea autem retinuerunt.

Praeterea etiam *argumentum sacrorum librorum* exponere, dilatare, accommodare suscepérunt, ideoque complures literarum hebraicarum academias condiderunt Iamniae, Lyddae, Tiberiade palaestinensi, Surae, Nahardeae, Pumbadithae, Nisibi babylonica. Ubi dum miris illis Bibliorum commentariis, quos *Midraschim* vocant, operam dabant, Tiberiade florebat ineunte tertio saeculo celebrissimus ille Rabbi Jehudā hannahi hakkadósch, qui, quaecum-

que de lege literis et memoria tradita in scholis Pharisaeorum disputata erant, in unum volumen congregit eique *Mischnâ* (i. e. δευτέρωσις, repetitio) nomen dedit.

Hanc doctrinæ iudaicae summam posteri Iudeorum magistri incredibili diligentia commentati atque interpretati sunt. Unde cum commentariorum numerus ac moles nimis cresceret, postea tam in Palaestina quam in Babylonia fuerunt, qui gravissima de Mischnâ scripta uno libro eoque amplissimo comprehendenderent, *Gemarâ* utrimque appellantes. Mischnâ cum Gemarâ coniuncta *Talmûd*, i. e. doctrina, appellabatur; unde cum duplex distinguatur Gemarâ, duplex exsistit Talmud, alterum hierosolymitanum, alterum babylonicum, illud quarto, hoc sexto p. Chr. n. saeculo perfectum. In istis librorum voluminibus, quia et hebraica et aramaica lingua vim obtinuit, idioma illud exstitit, quod talmudicum sermonem appellare consueverunt; qui postero tempore in permultis libris adhibitus et hebraico colore magis tinctus linguae rabbínicae nomen accepit (v. pag. 2).

5. Usque ad ea tempora, quibus libri talmudici absoluti sunt, Iudei ad legenda et intellegenda sacra Biblia nihil aliud attulerunt nisi vivam linguae hebraicae consuetudinem recitandique in synagogis traditionem; sic enim satis innotuit, quibus vocalibus consonantium textus instruendus esset. Temporum autem progressu cum scientia voce tradita depravari atque oblivione obrui coepisset, necesse visum est ad scriptam orationem vocalium signa quaedam adiungi, quibus certa pronuntiationis ratio legentibus indicaretur. Quod cum diversi diverso modo instituissent, summam denique nacta est auctoritatem ea ratio, quae Tiberiade (sesto p. Chr. n. saeculo) a Iudeis doctis excogitata atque in libris sacris adhibita est. Punctis enim ac lineolis tum supra tum infra tum intra consonantes positis diligentissime notarunt non solum, quae vocales sint proferenda, verum etiam, quid acute, quid leniter sit dicendum, quid corripiendum, quid producendum, quid accentu efferendum, quid sono mitigandum. Et haec quidem ratio, quae punctatio dicitur, brevi adeo inveteravit, ut in plerisque libris Veteris Testamenti tam manu scriptis quam prelo impressis hucusque servaretur.

Scriptione vocalium perfecta docti, qui in academiis congregati erant, Iudei aliud opus aggressi sunt, quo suam erga libros Veteris Testamenti pietatem manifestarent. Ingenti enim labore ac studio id egerunt, ut et sacrorum librorum textus, qualis erat vocalibus ornatus, in omne tempus ab hominum temporumque iniuria immunis

manceret et intellegentia per Iudeos tradita illaesa servaretur. Unde quot versus, voces, literae in singulis libris obvenirent, quae esset media cuiusvis libri litera, quoties singulae voces unam vel alteram vim haberent, quid quamvis insolitum esset pro errato non habendum, quae voces proprietatem quandam p[ro]ae se ferrent, innumeraque alia eius generis minuta subtilitate exquisierunt et scriptis tradiderunt. Quibus quidem commentariis in unum corpus coactis postea a Iudeis *Masorâ* sive *Masoreth*, i. e. traditio, nomen datum est.

Ex immenso harum adnotationum numero paucae quaedam eaeque criticae in hodiernas quoque Bibliorum sacrorum editiones receptae sunt. Masorethae enim qui dicuntur ubi in textu scripto mendum aliquod vel detexerunt vel adesse opinati sunt, ad marginem veram, quam arbitrii sunt, lectionem apposuerunt. Quod utrumque in nostras editiones translatum est, ita ut voces in textu obviae *k'thîb*, i. e. scriptum, in margine vero locatae *k'rê*, i. e. legendum, dicantur.

6. Masoretharum opus decimo saeculo perfectum tandem secuta est grammatica linguae hebraicae tractatio, quam Iudei Arabum praesertim exemplo didicerunt. Inter primos, qui huic studiorum generi vacarent, fuerunt Rabbî Jehudâ Chajjûg († circa 1000) et Abraham ben Ezra sive Aben Ezra († 1167). Meritis utrumque superavit clarissimus ille literator Rabbî Davîd Kimchî, qui circa annum 1235 in Gallia Narbonensi defunctus est. Ex eius operibus praecipue afferendus est Liber perfectionis et grammaticam et lexicon continens, qui fundamentum eruditionis praebeuit posteris scriptoribus, non solum Iudeis, sed etiam Christianis.

Inde enim a duodecimo saeculo Christianorum theologi plures quam antea literis hebraicis vacabant, ac postquam a summis pontificibus tertiodecimo saeculo regnantibus lege sancitum est, ut in quavis literarum universitate et hebraica et aramaica et arabica lingua publica auctoritate doceretur, exstiterunt permulti, qui hebraica doctrina eminerent. Omissis eorum, qui per saecula complura in Hispania praesertim floruerunt, nominibus commemorandi videntur Paulus Scriptor Tubingensis, Antonius Nebrissensis, Conradus Pellicanus, qui anno 1503 de modo legendi et intellegendi hebraea librum edidit. Summam vero laudem in hac disciplina meruit Ioannes Reuchlinus, vir ille illustrissimus, qui anno 1506 egregia edidit Rudimenta linguae hebraicae et grammaticam et lexicon complectentia. Praeterea inter doctores christianos magni aestimata sunt, quae eodem fere tempore de

lingua hebraica conscripsit Elias Levita, Iudaeus Neostadiensis. Sequenti saeculo erudit e gente Buxtorfia Basiliensi viri de studiis linguae hebraicae bene meriti sunt.

Recentiore tempore hebraicae linguae cognitioni mirum quantum profuit ceterarum linguarum semiticarum, imprimis arabicae, comparata scientia. Inter viros doctos, qui novam hanc viam ingressi e propinquarum linguarum cognitione linguam hebraicam illustrare studuerunt, imprimis nominandi sunt A. Schultens († 1750), N. W. Schroeder († 1798), I. Jahn († 1816).

Nostra denique aetate ad profundiores linguae hebraicae scientiam plurimum contulit Guilelmus Gesenius, qui tria lexica librosque grammaticos duos edidit; imprimis haec ipsius opera nominanda sunt: *Neues hebr.-deutsches Handwörterbuch*, 1815 (editio-
nem 14: *W. Gesenius' Hebräisches und aramäisches Handwörter-
buch* curavit Dr. Frants Buhl, 1905); *Hebräische Grammatik*, 1813,
28. Aufl. (völlig umgearb. von E. Kautzsch) 1909. Deinde Henr.
Ewald intimas loquendi rationes philosophorum more inquirere
studuit in libro: *Ausführliches Lehrbuch der hebräischen Sprache*,
1827, 8. Ausg. 1870. Utrumque superavit Iustus Olshausen libro
Lehrb. der hebr. Spr. inscripto, 1861, qui historicam et criticam et
comparativam ut aiunt methodum eximie coniunxit. Cuius vestigia
deinde insecuri sunt F. A. Arnold et Gustavus Bickell, ille
librum edidit: *Abriß der hebräischen Formenlehre*, 1867, iste: *Grund-
riß der hebräischen Grammatik*, 1870. Tum egregium librum scripsit
Bern. Stade: *Lehrbuch der hebr. Grammatik I. Teil*, 1879, F. E.
König: *Historisch-kritisches Lehrgebäude der hebr. Spr.*, 3 Bände,
1881—1897, et *Hebr. Gram.*, 1908. Ingentem observationum molem
in duo volumina congessit Fridericus Böttcher (*Ausführliches
Lehrbuch der hebräischen Sprache*, 1866—1868); dissentium autem
necessitati prudenter prospexerunt H. L. Strack (*Hebräische Gram-
matik mit Übungsstücken, Literatur und Vokabular*, 1883, 9. Aufl.
1907) et Steuernagel (*Hebr. Grammatik*, 1909). Lexica edidere
(praeter Gesenium) duo Iul. Fürst, singula F. Leopold, Dav.
Cassel, et coniuncta opera C. Siegfried ac B. Stade, 1893.
Denique eorum, qui elementarios linguae hebraicae libellós compo-
nere conati sunt, magnus numerus est.

Liber prior,

γραμματικός.

Pars prima. De linguae elementis.

A. De scriptura hebraica.

§ 3. De literarum ordine sive de alphabeto.

1. In scriptis hebraicis, ut iam supra (pag. 6 sq) dictum est, consonantes tantum literis notantur, vocales punctorum et lineolarum signis exprimuntur; ordo scribendi a dextra sinistram versus deducitur. Libri hebraici et manu scripti et prelo impressi plerumque sic ordinantur, ut foliorum series a dextra incipiat; quae igitur pagina nobis ultima est, in illis primum locum tenet.

2. Literae numero sunt viginti duae; cum autem una puncto diacritico quod dicitur aut dextrorum aut sinistrorum apposito dissolvatur in duas, viginti tres soni iis designantur. Literarum signa item numeris notandis inserviunt ad normam ordinis, quem sequens tabula exhibit.

Adnot. 1. Litera נ tam leni sono pronuntiatur quam Graecorum spiritus lenis, neque auribus percipitur nisi separatione quadam sonorum praecedentium et subsequentium, ut in vocabulo germanico *See-adler*, latino *ex-orior*. 2. ℗ in graeca Septuaginta interpretum versione et in Vulgata editione literis Z, Ζ, z transcribitur, v. g. זְבָדִי Zəbədī, זָזִים Zuzim; pronuntiandum est sicut z gallicum, v. g. *le zèle*, vel sicut s germanicum in *sehen*. 3. י sonum habebat gutturalem, cuius vera pronuntiatio haud facile describi potest. In graeca versione spiritu leni vel aspero vel litera γ transcribitur, in Vulgata versione saepe omittitur, saepe literis h vel g exprimitur, v. g. עַמְלָק 'Αμαλέχ, עַמְרָה עֲמֹרָה *Gomorrha*. Nostris temporibus plerumque simili modo atque נ pronuntiatur. 4. ש in graeca et in Vulgata translatione semper est Σ, σ, s, v. g. Σαμαραῖμ Samaraim, et efferendum est cum emphasi. Item emphatice pronuntiantur ט et פ.

3. Quinque literae ב, מ, נ, פ, צ in exitu vocabulorum aliter atque in mediis vocibus scribendae sunt: ב, מ, נ, פ, צ; quae quidem formae appellantur literae finales et voce comprehenduntur memoriali קָמְנֶפֶת *kamnéphet* vel קָמְנָפֶת *kam'nappet* (*ut confringens*).

Literae lebraicae

efformantur:	nominantur:	pronuntiantur et transcribuntur:	numeris in- serviunt:
א	' <i>Ālēph</i> (bos)	—	1
ב	<i>Bēθ</i> (domus)	bh (β), ב b	2
ג	<i>Gîmel</i> (camelus)	gh (γ), ג g	3
ד	<i>Dâleθ</i> (porta)	dh (δ), ד d	4
ה	<i>Hê</i> (foramen aeris?)	h	5
ו	<i>Wāw</i> (clavus)	w	6
ז	<i>Zâjin</i> (arma)	z	7
ח	<i>Chêθ</i> (sepes)	ch, j hispan.	8
ט	<i>Téθ</i> (culeus?)	t	9
י	<i>Jôd</i> (manus)	j germ., y angl.	10
כ, in fine ה	<i>Kăph</i> (palma)	ch (χ), כ k	20
ל	<i>Lâmed</i> (stimulus)	l	30
מ, in fine ס	<i>Mêm</i> (aqua)	m	40
נ, in fine ו	<i>Nûn</i> (piscis)	n	50
ס	<i>Sámez</i> (fulcrum)	s	60
ע	' <i>Ajin</i> (oculus)	—	70
פ, in fine ה	<i>Pê</i> (os)	ph (φ), פ p	80
צ, in fine צ	<i>Sadê</i> (hamus)	š	90
ק	<i>Kôph</i> (foramen acus?)	k (q)	100
ר	<i>Rêš</i> (caput)	r	200
ש	<i>Šîn</i> } (dens)	ś	300
ת	<i>Tâw</i> (signum [crucis])	th (θ), ת t	400

4. In fine linearum non licet vocabulorum syllabas disiungere; quare ne quid spatii remaneat vacuum, literae א, ה, ל, מ *finale*, נ in mediis lineis sic distenduntur: נ, ה, ל, מ, ח, et vocantur literae dilatabiles, in vocem memorialem redactae אַהֲלָתִם 'ahaltem (in tentoriis habitastis).

5. Pro notis arithmeticis usurpatae literae ab א usque ad ט significant numeros denario inferiores 1—9, a ' usque ad צ decades, a פ usque ad ת centenarios a 100 usque ad 400. Litera ש semel tantum omisso puncto diacritico pro numero 300 adhibetur. Numeri vero 500, 600, 700, 800, 900 notantur vel literis finalibus ח, מ, נ, ט, צ vel centenariis compositis, e. g. קח et ח = 500, קח et צ = 900. Inde a millenario numero denuo incipit integer ordo literarum, sic tamen, ut maiore plerumque forma et duobus punctis

superpositi scribantur, v. g. נ = 2000. Monades et decades et centenaria signa ita componuntur, ut nota maiorem valorem indicans a dextro latere praecedat, v. g. תלו = 436. Quindenarius numerus exprimitur literis טו = 9 + 6, quoniam ה sanctum Dei nomen indicat.

§ 4. De signis vocalium sive de punctatione.

Vocales cunctae, ut est sermonis humani natura, revocantur ad tres sonos principales *a*, *i*, *u*. Nam quae praeterea loquendo proferuntur, aut mediae inter illos sonos sunt, velut *e* inter *a* et *i*, *o* inter *a* et *u*, υ graecum inter *u* et *i*, aut ex duobus coalescunt, velut Graecorum diphthongi αυ, αι. Sed hebraicae linguae diphthongi sunt nullae, mediae vocales duae tantum *e* et *o*; quinque igitur numerantur vocales: *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, eaeque tam productae quam correptae, sive, ut aiunt, tam longae quam breves.

1. Vocales non paucae (plerumque productae) in sacro Bibliorum textu saepe consonantibus נ, ', ו designantur, quoniam earum consonantium pronuntiatio ad vocalium prolationem proxime accedit. Vocales principales pro sua quaeque cognatione notantur: ā per נ, ī per ', ū per ו, e. g. רָאשׁ *râš* pauper, שִׁים *śim* ponere, לֹן *lûn* pernoctare. Mediis autem vocalibus significandis binae propinquae consonantes inserviunt; itaque *e* per נ et ', *o* per נ et ו exprimitur, v. g. צָאת *zâ'at* exire, בֵּין *bêñ* inter, צָאן *zâ'ān* pecus (oves), יוֹם *yôm* dies. Praeterea signo ה in fine vocis posito saepe exprimitur praecedentem consonantem non ultimum vocis sonum esse, sed sequi vocalem, v. g. גָּלַה legi potest: *gâlā* (*revelavit*), *gâlō* (*revelare*), *g'le* (*revela*), *gôlē* (*revelans*). Unde consonantes נ, ', ו, ה *finale* appellantur literae vocales vel matres (sive fulcra) lectionis.

2. Postquam autem lingua hebraica in usu hominum esse desierat, ad omnes vocales significandas, ut supra (pag. 7) dictum est, notae peculiares inventae sunt ac consonantibus additae. Quae notae per se non quantitatem, sed qualitatem vocalium indicant; sed ut tabula docet, una (—) semper brevem vocalem, duae (—, —) semper longas vocales designant. Notas autem haec tabula exhibet:

Nota:	nomen notae:	vis notae:
—	קָמֵס Kámes	ā
—	פָּתָח Páṭach	ă
—	צְרִי Serê	ē
—	סְגֻּול S'gôl	ĕ, è, ae
—	חִירֶק Chîrek	ī et ī
—	חֹלֶם Chôlem	ō
—	קָמֵשׁ-חַטָּף Kámes-chatâf	ō
—	קִבְבָּעָס Kibbâs	ū et ū.

3. Ad consonantes hae notae pariter ordinantur, atque sunt ordinatae ad tabulae lineolas. Consonans priore, vocalis posteriore loco pronuntiatur, e. g. פָּ sā, פָּ sē, בָּ so; excipitur *Paṭach furtivum*, de quo § 11, 3 agitur.

4. Eaedem notae ibi quoque additae sunt, ubi iam in textu matres lectionis scriptae erant; tunc igitur duplex exsistit vocalium notatio, v. g. רָאשׁ râš pauper, קִיר kîr paries, אֵצֶל sê exi, יְנֵן 'en non esse, רָאשׁ rôš caput, קַוְלָה kôl vox, הַיָּה hâjâ erat, חֹזֶק chōzè vates, רָאָה rā'â videre. Quod cum usu venit, mater lectionis dicitur in vocali quiescere, vocalis dupli modo notata plene scripta vocatur. Vocalis longa sine matre lectionis punctis istis vel lineolis designata defective scripta dicitur, e. g. רָשׁ râš pauper, מֵת mēt mortuus, זִיו zîw nomen mensis secundi, טָבָּה tōbh bonus, קָם kâm surgere. Waw tamen in קִבְבָּשׁ Kibbûš nusquam quiescit; cum pro a longo positum est, nota י scribitur, quae שָׂרֵךְ Šûrek vocatur.

5. In exitu vocum ה quoque, ut supra (n. 1) iam dictum est, haud raro in ā, ē, è, ᄀ quiescit; ה finale cum non quiescit, notatur puncto, quod מְפִיק Mappîk appellatur, v. g. אֲרַצָּה 'arsâh, paene pronuntiandum ut 'arşâch (*terra eius*), quod bene distinguendum est ab אֲרַצָּה 'arsâ (in *terram*).

Adnot. 1. סְגֻול interdum vocalis productae loco est, ut נָ, הָ, יָ in eo quiescant, v. g. רְעוֹת ro'ê pastor, מְצָאֵנָה sh'tînah ś'ṭenâ bibite.

Adnot. 2. Cholem cum puncto diacritico literae ש coalescit, cum šō et oš legitur, v. g. שָׂנֵן śonê odio affectus, מָשֵׁה mošê Moyses; contra עָשֵׁה 'osê faciens, שָׁמֵר śomér vigilans. Nota י est ô, cum nec praecedit vocalis nec subsequitur, v. g. לְשׁׂוֹן lašôn lingua; est wo, cum antecedit vocalis, v. g. עֲוֹן 'awôn culpa, est ow, cum vocalis subsequitur, v. g. לִיְהָ lowê mutuans.

Adnot. 3. Nota — sicut ð breve (Kameş-chatuf) pronuntianda est,

a) quotiens in syllaba clausa (i. e. in consonantem desinente) et accentu carente posita est, v. g. חִכְמָה chôxmâ sapientia, וְיִקְרָא wajjâkôm et surrexit. (Quae regula postea demum satis patebit; v. § 15, adnot.)

b) In syllaba aperta (i. e. in vocalem exeunte) nota — est ð, quotiens aliud ð breve (sive Kameş-chatuf sive Chatuf-Kameş; § 6, c) sequitur, v. g. תְּעִבָּדְךָ tō'ðb'ðém coles eos, בְּחִרְיָה boch'orî (§ 18) in ira.

c) Praeterea memorandae sunt duae voces קָדְשִׁים kôdašîm sanctuaria, שָׁרוֹשִׁים śorašîm radices.

Adnot. 4. In textu Biblicorum saepissime ad vocem aliquam vocales a Masorethis appositae sunt, quae non ad ipsam, sed ad aliam lectionem notis — aut — indicatam et in margine positam pertinent. Sic Gen. 30, 11 in textu legitur גָּדֵל, in margine autem בָּא גֵּדֵל, quod significat legendum esse גֵּדֵל. Quae igitur lectio in textu obvenit, בְּחִרְבָּה k'ħirâb (scriptum) appellatur, quae in margine posita est, בְּקָרְבָּה k'rêb (legendum). Haec vox plerumque ad marginalem lectionem adicitur, v. g. בָּא גֵּדֵל קָרְבָּה sive brevitatis causa.

Iis vero vocibus, quas, ubicumque occurrent, mutandas esse Masorethae putaverunt, קָרְבָּה non adscribitur, sed lectio sola punctuatione indicatur („קָרְבָּה“

perpetuum"). Sic in Pentateucho הַוָּא scribitur, ubi הִיא = ea legendum est; olim enim, ut auctores recentiores docent, pro הַוָּא *is* et הִיא *ea* ubique הַ tan-tum, in Pentateucho vero postea הַוָּא scribebatur; punctatores antem consonantibus, quas inveniebant, non mutatis, ubi הִיא legendum erat, הַוָּا scribebant. Simili modo scriptum legitur: יְשָׁכֵר (pro יְשָׁכַר) (pro יְרוֹשָׁלָם), יְהֹזֶה (pro יְהֹזֵה), vide § 79, 2, adnot.).

§ 5. De nota Š^owâ.

1. Punctatorum accuratio eo processit, ut etiam consonantibus vocali carentibus peculiarem notam adderent. Quae nota cum vocalem abesse indicet, appellatur שָׁוָא Š^owâ, i. e. *vacuitas*. Efformatur sicut nostrum colon dupli puncto consonantibus supposito, velut י, מ, ק. Ad extremas vocabulorum consonantes Š^owa non apponitur, velut אֲבָב *pater*, הֲנֵנִים *ecce*; excipitur *Kaφ finale*, velut אֲקָם *quomodo?*, לְךָ *tibi*, et consonans finalis post alterum Š^owa, v. g. קְשֻׁתָּה *veritas*; תְּאֵתָךְ *tu(f.)* = תְּאֵתָךְ, i. e. תְּאֵתָךְ (§ 7, adnot. 1; 13, 2); אֲמָלָה *finalis* autem Š^owa non adsumit, v. g. חְטָאתָךְ *peccatum*.

2. Consonantes Š^owa ornatae aut incohant syllabas aut concludunt. Š^owa cum exorditur syllabam, *e* brevissimo simile est et dicitur mobile; cum syllabam claudit, audiri nequit et vocatur quiescens. Sic vocis קְלַתְתָּם *occidistis* prius Š^owa est mobile, posterius quiescens; unde pronuntiatur k^otaltém.

3. Š^owa tam mobile quam quiescens communi appellatione dicitur Š^owa simplex, quod distinguendum est a Š^owa composito, de quo vide § 6.

Adnot. Š^owa syllabam exorditur ideoque pronuntiatur *a)* sub prima vocis litera, *b)* post vocalem productam accentu carentem, *c)* sub nota geminationis (*Dageš* fortis, § 7), *d)* post alterum Š^owa intra vocem.

§ 6. De Š^owa composito sive Chatéφ.

Š^owa mobile interdum non significat *e* brevissimum, sed aliam vocalem tenuissime pronuntiandam; cuius vocalis nota ad Š^owa simplex sinistrorum apponitur (— —). Š^owa sic instructum dicitur Š^owa compositum sive חֲטֵף Chatéφ. Huius Š^owa compositi tres sunt formae:

- a)* Chatéφ-Paθach, velut in voce הַלָּא *halō* nonne;
- b)* Chatéφ-S^oγol, velut in voce אֲלַיְּחֹל *’al’ol* edere;
- c)* Chatéφ-Kameš, brevissimum *o* indicans, velut in voce חַלְיָה *ch’lī* morbus.

§ 7 De duplicandis literis sive de Dayeš forti.

Consonans bis pronuntianda semel tantum scribitur puncto in media litera posito. Quod punctum duplices appellatur **הַגְשָׁתָ פֶּכֶד** *hagshat pechad* Dayeš forte, v. g. **הַמִּתְּרָעֵלְ kuttál** trucidatus est.

Adnot. 1. Dayeš forte non ponitur in extremis vocabulorum literis, etsi duplicandae sunt, v. g. **אָזָ z̄azz** robustus, **עָם amm** populus. Excipitur **תְּנָא tñā** abbre- viatum ex **תְּנָא tu(f.)**.

Adnot. 2. Dayeš forte nunquam apponitur ad **ל l**, raro ad **מ m**, **ב b**; in **ך k** et **ת t** interdum omittitur, v. g. **וַיְהִי wajj̄'hî** et factum est, **הֲלֹא hall̄'lû** laudate, **הֲבָנִי hinn̄'nî** (ecce me) adsum, **הַמְבָקְשִׁים hamm̄'baq̄'shîm** quaerentes.

Adnot. 3. Waw cum Dayeš forti coniunctum eiusdem formae est atque Šurek; nota **ו w** est Waw duplex, cum vocalis et praecedit et sequitur, v. g. **עַיְרָ iwwer** caucus, sed **עַירָ ur** expurgisci.

§ 8. De tollenda aspiratione sive de Dayeš leni; de Raφē.

1. Consonantes sex **ב b**, **ג g**, **ד d**, **כ c**, **פ p**, **ת t**, quae vocē comprehenduntur memoriali **בְּגַדְפָּת b̄'gadk̄'phaṭ**, cum aliam consonantem sequuntur, tenuem, cum vocalem atque Šwa mobile et compositum excipiunt, aspiratum sonum designant (v. tab. in p. 11 pos.). Cum tenuis sonus est, puncto notantur, quod vocatur Dayeš lene. Qua nota adhibita nunc quidem non immutari solet pronuntiatio aspiratarum nisi duarum: **כ = ch (χ)**, **ג = k**; **פ = ph (φ)**, **ט = v**, v. g. **שָׁכָר śaxár** conduxit, **לְשָׁפֵר liskor** ad conducendum.

Adnot. Accuratio pronuntiatio ceteras quoque aspiratas Dayeš leni ornata distinguit ab aspiratis ea nota parentibus: **ב = bh (w, β)**, **בְּ בְּ b̄' b̄'**; **ג = gh (γ)**, **גְּ ḡ' ḡ'**; **ד = dh (ut th in angl. the, δ)**, **דְּ d̄' d̄'**; **ת = th (ut in angl. think, θ)**, **תְּ t̄' t̄'**; v. g. **קְרֵב k̄ereb** interiora, **קְרֵבּ kirbô** interiora eius; **סָגָר sagár** clausit, **לְסָגֵר lisgór** ad claudendum.

2. Dayeš lene scribitur *a)* in exordio orationis (libri, sententiae, commatis), *b)* in principio vocabulorum, cum vox praecedens in consonantem exit, v. g. **בְּ עַל propterea**, *c)* in mediis et extremis vocabulorum aspiratis, cum Šwa quiescens praecedat, v. g. **קְטַלְתִּים k̄taltem** (*occidistis*), **וַיִּשְׁבַּ wajjišb** (*captivum duxit*).

Adnot. 1. Olim consonantes **בְּגַדְפָּת b̄'gadk̄'phaṭ** aspiratum sonum servantes ornatae erant lineola superposita, quae appellatur **רָאַפֵּה Raφē** (*mollis*). Eadem lineola notatae erant consonantes, in quibus Dayeš forte non scriptum erat (secundum § 7, adnot. 2) et litera **ת** nota **Mappik** carens. Nunc ista nota perraro in editionibus retinetur, velut Zach. 4, 7 **הַרְאָשָׁה harōšâ** primaria.

Adnot. 2. Dayeš forte in literis **בְּגַדְפָּת b̄'gadk̄'phaṭ** positum semper tenuem sonum geminat, v. g. **אַקְקָו akkô** Accho (nom. propr.), **יִפְפּוֹל jippol** cadet.

Adnot. 3. Dayeš cum in literis aspiratis positum vocalem sequitur, facile ut forte agnoscatur et a Dayeš leni discernitur, cui nunquam vocalis antecedit, v. g. **יִכְתּוֹב jixtof** scribet, **פְּתַבְּ kittef** scriptitavit.

Adnot. 4. שְׁלַחַת (§ 41, 2) *tu(f.)misisti* pro שְׁלַחַת scribitur (§ 18, 1, adnot. 2) servatis Dayeš leni et Š^owa (§ 5, 1).

§ 9. De accentuum notis. De Meθey.

1. Pleraeque voces hebraicae ita pronuntiantur, ut accentus ultimam syllabam premat; raro paenultima, nunquam ante-paenultima acuitur. Itaque vocabula sunt aut מִלְרָעֵ Mîlrâ‘ (i. e. infra accentuata, δέκτονα), v. g. מַלְךָ malâ‘ (*regnavit*), aut מִלְעֵיל Mil’el (i. e. supra accentuata, παροξύτονα), v. g. מֶלֶךְ mèlech (*rex*).

2. Punctatores unamquamque vocem accentus nota instruxerunt, ut quomodo textus sacer ratione cantici in synagogis recitandus esset, accurate sciri posset. Textus autem, uti patet, secundum logicum verborum conexum proferebatur. Quare istae accentuum notae non pronunciationem modo, verum etiam interpretationem egregie iuvant et interpunctionis nostrae locum tenent.

3. Cuncti accentus in duo genera digeruntur, prout vocabulum ex propositionis sententia ab insequenti separandum aut cum eo coniungendum esse indicant; illi dicuntur distinctivi, hi coniunctivi (accentus).

4. Accentus partim supra, partim infra voces ponuntur, v. g. סָפֵר séper liber, קֹתֵב k^othób scribere. Accentus alii primae, alii extremae vocabuli syllabae adduntur, v. g. אָבֶד tobhéð peribis, לְלֹא katál necavit, עַצְם ésem ös, קְהֻלָּת kohélet ecclesiastes, קָדוֹשׁ kódes sanctuarium, וְשָׁבֵן wajjášoþ et revertit, בְּרֵר déþer pestis, אָנָּי ‘anî ego; plerique autem ad syllabam tono pressam apponuntur, v. g. הָגָד huggáð nuntiatum est, יְשַׁבֵּת jošéþeð habitans (f.).

5. Hic ii tantum distinctivi et coniunctivi afferuntur, qui maioris ad ordinandam sententiam momenti sunt.

a) Accentus distinctivi, qui sequuntur, instar nostri puncti aut coli aut semicoli adhibentur:

— *Sillûk*, quod semper vocali accentuatae vocis ultimae apponitur instarque nostri puncti est,

— *Aðnách*, quae est gravissima membrorum divisio in prosa oratione,
— *Olè w^ojöréð*, summa propositionis divisio in libris Job, Psalmorum, Proverbiorum; qui accentus olim minus recte *Mér^oχā mahpaxatum* sive *Mér^oχā m^ohuppāx* vocabatur,

— *Zakéþ* katón,

— *Zakéþ* gaðól,

— *Tiφchâ*,

— *Seyoltâ*, quod extremae vocis syllabae apponitur,

— *R^oþîæ*, quod saepe directae orationis initium significat.

b) Accentus coniunctivi, qui frequentissime obveniunt, hi sunt:
 — *Mér'χâ*, — *Mûnach*, — *M^huppāχ*.

Adnot. 1. Argutas grammaticorum de accentibus quaestiones, inter quos esse voluerunt *reges*, *duces*, *comites*, *servos*, longum videtur hic explanare.

In hoc libro signum — accentui designando inservit.

Adnot. 2. In finibus versuum qui dicuntur biblicorum ponitur duplex punctum(:), quod vocatur *Sôφ-pasûk* („finis versus“), cui semper *Silluk* antecedit.

6. Voces longiores praeter accentum primarium habent secundarium, interdum duos accentus secundarios. Secundarii accentus nota est lineola verticalis (eiusdem formae ac *Silluk*), quod מְתָגֵן Méθey vocatur (i. e. „frenum“; impedit enim, ne praepropria voce ad exitum vocabuli curras), v. g. הַעֲמִידִים *hà'ammudîm* columnae, בְּעָרִים *bè'arîm* in urbibus.

Adnot. 1. In Méthey ponendo et Chatéφ et Š^hwa mobile in vocalium numero habentur; semper Méthey apponitur longis vocalibus, quae Š^hwa mobili, omnibusque vocalibus, quae Š^hwa composito antecedunt, e. g. נְעַקִּים *nò'akîm* clamantes, קְבָדָן *kàb^hdân* graves sunt, atque adeo Ps. 144, 14 מְסֻבְלִים *m'subbalîm* onusti, Ruth 1, 11 בְּמַעַי *bè'me'ay* in interioribus meis.

Adnot. 2. Unde fit, ut Méthey haud raro syllabis dispartiendis inserviat et Kames a Kames-chatéφ distinguat, v. g. קָטָלָו *köt-lô* necare eum, at קָטָלָו *kà-t^hlô* necaverunt.

B. De sonis et syllabis.

§ 10. De variis literarum generibus.

1. Consonantes secundum organa, quibus pronuntiantur, dividuntur in quinque genera:

gutturales א, ח, ע (אֲחָצָע),
 palatales ג, כ, י (גִּיכָּק),
 linguaes ד, ט, ת, ל, נ (כְּטָלָנָת),
 dentales ז, ס, צ, ש (זְסָצָשׁ),
 labiales ב, מ, פ, ו (בּוּמָפּ).

ר plerumque gutture, interdum lingua efformatur.

2. Secundum modum pronuntiandi distinguuntur:

mutae ג, כ, ב; ק, ת, ט; פ, ב; מ, ט; נ, ל;
 liquidae ר (ר);
 sibilantes ס, ש, שׁ, צ, צׁ;
 spirantes א, ע, ח, חׁ;
 semivocales א, אׁ, י, יׁ (ה).

§ 11. De gutturalium proprietatibus.

1. Literae gutturales נ, י, ה Š^owa mobilis vice semper Š^owa compositum adsciscunt, et נ quidem ad Chaṭeφ-S^oγol, ceterae ad Chaṭeφ-Paṭach magis inclinant, v. g. אָכָל edere, עַדִּי ornatus, נֹנְנֶה nonne, קֵינְקָעִינְטָה quinquaginta. Š^owa quiescens saepe admittunt, v. g. מְגַנְּפָה magnificatus, מְדִיטָבִּיטָה meditabitur, אֲחַדְלָה d'esistam, עֲזִיף superfluum habuit. Saepe autem etiam Š^owa quiescens cum Š^owa composito commutant; in eligendo Chaṭeφ praecedentis vocalis ratio habetur, v. g. יְעֻמֵּיד statuit, הָעֻמֵּד statutus est.

Adnot. Vocalis, quae huic Chaṭeφ antecedit, semper nota Meθey instruitur (§ 9, 6, adnot. 1), sed brevis est; tunc igitur — — legendum est .ō .ō, v. g. הָעַמְדָה hō^omađ. Excipe articulum הָ (prolongatum ex .הָ), v. g. הָאָנָּבָן hā^onî navis.

2. Literae gutturales nunquam Dayeš forte scriptum admittunt; in effendo tamen duplicari aut fortius pronuntiari possunt. Itaque cum ex grammaticae regulis consonans gutturalis duplicanda est, aut vocalis praecedens compensationis causa producitur („productio compensativa“) aut gutturalis dupliciter vel nervosius pronuntiatur vocali correpta („duplicatio virtualis“) vel „Dayeš forte implicitum“). Vocales ante נ plerumque, ante י saepe, ante ה raro, ante ה nunquam fere producuntur; v. g. הָאָדָם hā'adám pro hā'ađám homo, עֲקָצֶה sā'ek pro šā'ek clamare, at מַהְרָה mahhér festinare, נְחַמָּה nichchám consolatus est, רַחֲחָשׁ ruchħaš laetus est.

3. Gutturales naturâ quandam cum vocali *a* necessitudinem habent. Itaque cum licet diversarum vocalium delectum habere, cum gutturalibus vocalis *a* coniungitur, v. g. יִשְׁלַׁגְיִ jisloğ educet, at יִשְׁלַׁחְיִ jislach mittet. In exitu autem vocum, cum ex grammaticae legibus una ex ceteris vocalibus eaque longa adsumenda est (ē, ī, ō, ū), י, נ, ה vocem claudentes Paṭach inter se et illam vocalem intercedere volunt, v. g. גָּבְּהָ gaḇóah altus, רִיחָ rūach spiritus, הַשְּׁמִיעָה hišmā'a nuntiavit (effecit, ut audiret), יְרֵחָ jaréach luna, יְהֹשֻׁעָה yehošúa' (nom. propr.). Quod Paṭach furtivum appellatur et ante eam, cui subscribitur, consonantem pronuntiatur.

Literae נ et ה Paṭach furtivum non adsciscunt, sed in vocalibus finalibus quiescunt (cf. § sequ.).

Adnot. Item נ saepissime gutture effertur gutturaliumque proprietates habet; quare Dayeš forte non admittit, sed semper fere productionem compensativam postulat, v. g. הָרָאָה hārōš pro hārrōš caput, בְּרֵךְ bērēx pro bīrrēx benedixit. (Barissime geminatum invenitur, v. g. Prov. 14, 10 מֹרְרָאָת mōrrāăt luctus.) In exitu vocis praefert Paṭach, v. g. de verbo סָאָר derivatur וְסָאָר et pro סָאָר cessit et pro וְסָאָר fecit, ut cederet, eliminavit.

§ 12. De literis semivocalibus.

1. Literae semivocales א, י, ו vocalium naturae tam propinquae sunt, ut saepissime peculiarem suam indolem deponant et quiescant, i. e. consonantium vim et sonum amittant; unde *literae quiescibiles* dicuntur et ad vocales designandas adhibentur (§ 4, 1). Vocales prout cuique semivocali cognatae sunt, ei dicuntur homologae, prout alienae, heterogenae; *a*, *e*, *o* cognatae sunt semivocali Aleph, *e*, *i* semivocali Jođ, *o*, *u* semivocali Waw.

2. Literae semivocales quiescent, cum in syllabae fine posita vocalem homogenam excipiunt, v. g. בִּיהָנְדָה pro *in Juda*, צָאת pro צָאַת *exire*, הַוֹּשֵׁב pro הוֹשֵׁב *habitari*. Item quiescit ה, cum in exitu vocabuli positum est, v. g. אֲשֶׁה mulier, גַּלְהָ revelavit, יְהִי erit.

Adnot. 1. א in fine syllabae vim consonantis post vocalem homogenam saepe retinet, v. g. לְאַכְלָל *ad edendum*, אַסְרָר *alligabit*. (Cum Chaṭeph loco Šewa quiescentis positum est, syllaba nihilominus clausa putatur.) E contra: לְאַמְרָה pro לְאַמְרָם *dicendo*, לְאַלְהִים pro לְאַלְהִים *deo*.

Adnot. 2. Plerumque semivocales in productis vocalibus quiescent; at obvenit etiam לְאַדְנִי pro לְאַדְנִי *Domino*, יְגַלְּהָה תְּגַלְּיָנָה *revelabit*, *revelabunt*.

§ 13. De consonantium geminatione et adsimilatione.

1. Cum consonans flexione verborum eandem consonantem solo Šewa quiescenti instructam sequitur, ambae exprimuntur una litera, Dayeš forti notata, v. g. שָׁתָּה pro שָׁתָּה *posuisti*, הַתְּפִימָה pro הַתְּפִימָה *honeste agere*.

2. Litera נ vocali non instructa cuvis alii consonanti adsimilatur, v. g. מְנֻטָּה pro מְנֻטָּה *vos*, מְקֻדָּם pro מְקֻדָּם *ab oriente*, מְזֻהָּה pro מְזֻהָּה *ab hoc*. Interdum etiam ל, ת et ה sic adsimilantur, v. g. חְקִי pro חְקִי *sumet*, הַגְּבָבָה pro *hagabbah* prophetavit, מְהֻזָּה pro מְהֻזָּה *quidnam*.

Adnot. Hic illic ה praecedenti נ vel ת adsimilatur, v. g. יְקַטְּלֵנִי pro יְקַטְּלֵנִי *necabit eum*, קְתַלְתִּתְהָה pro קְתַלְתִּתְהָה *necavit (ea) eum*.

§ 14. De syllabarum discrimine.

1. Lingua hebraica syllabas a vocali ordientes non habet; excipiuntur vocabula, quae cum ה copulativo (§ 75, 1) coniuncta sunt, e. g. וּמִ et quis. Secundum exitus tria syllabarum genera distinguuntur:

a) syllabae apertae (seu simplices), quae desinunt in vocalem vel in literam quiescibilem, e. g. לֹא *ei*, לֹא *non*;

b) syllabae clausae (seu compositae), quae in consonantem

desinunt, e. g. בֵּית *domus*; huc pertinent syllabae acutae, quae in consonantem Dayeš forti ornatam exeunt, e. g. קִטְל = *kit-tel* (*trucidavit*);

c) syllabae bis clausae, quae in duas consonantes exeunt, v. g. קָטַל necavisti; non inveniuntur nisi in exitu vocabulorum ibique satis raro.

2. Consonans Š°wa mobili vel composito instructa non efficit syllabam propriam, sed quasi anacrusis syllabae insequentis consideratur; e. g. יְקַרְתְּלֹו *jik'art-lu* (*se necabunt*) tres habet syllabas, quarum prima *jiθ* clausa est, altera *kat* acuta, tertia *t'lū* aperta cum anacrusi (cf. tamen § 9, 6, adn. 1).

§ 15. De diversarum syllabarum vocalibus.

1. Syllabae apertae solent habere vocales longas (quaedam exceptiones in decursu doctrinae grammaticae afferentur).

2. Syllabae clausae accentu carentes vocales habent breves. Syllabae clausae et accentuatae tam breves quam longas habere possunt vocales. Idem valet de syllabis acutis.

Adnot. Nota → igitur in syllabis clausis accentu carentibus semper ḥ legendum est:

a) ante Š°wa quiescens, v. g. אֲכַלָּה 'ă-kal-lā cibus (ante Š°wa mobile, quod syllabam apertam sequitur, semper Meθey positum est, v. g. אֲכַלָּה 'ă-kal-lā edebat);

b) ante Dayeš forte, v. g. חָנָנִי chōn-né-nî miserere mei;

c) ante Makkeφ (§ 16, 1, b), v. g. כָּלְדָּאָרֶץ kdl hāā'reṣ universa terra;

d) in syllabus finalibus clausis et accentu carentibus, e. g. וְקָרָב wajjākōm et surrexit.

§ 16. De vocabulorum copulatione; de Makkeφ.

1. Subinde duae voces tam arcte cohaerent, ut loquendo quasi conglutinentur atque in unam contrahantur. Quod denotatur:

a) Dayeš forti imposito primae posterioris vocabuli literae, v. g. Ps. 18, 41 נָתַתָּלְתָּי naθattāl-lī dedisti mihi, Gen. 46, 28 אַרְצָה גָּשֵׁן 'arsāggōšen in terram Gošen;

b) copulandi nota, i. e. lineola directa, inter duas voces interposita, quae Makkeφ vocatur, v. g. וַיְהִי wajjōhīxén et factum est ita, כִּי-טוֹב kītōb quod bonum est;

c) Dayeš forti et Makkeφ coniunctis, v. g. 2 Chr. 2, 3 בָּנָה-בֵּית bonebbājīθ aedificans domum, Gen. 27, 21 גָּשַׂעַר ḡšānnā accede.

2. Hoc Dayeš forte appellatur coniunctivum; quod nisi post נ quiescens vix unquam usurpatur. Cuncta vero vocabula hac

ratione copulata pro una voce habentur unoque accentu principali afficiuntur; unde vocales prioris verbi plerumque abbreviantur, et verba ipsa nonnunquam scriptura coniunguntur, velut **מִהָּנָה** pro מִהָּנָה quidnam, **מִהָּלְכָם** pro מִהָּלְכָם quid vobis, et ista pro מה זה? מִהָּ לְכָם.

Adnot. 1. Vox ex duobus vocabulis contracta ipsa denuo cum tertio et quarto copulari potest, v. g. **אַתָּ-כָּל-הָעָם** omnes homines.

Adnot. 2. Interdum nota **Meθey** ante **Maκkeφ** designatur syllabam accentu non carere et ideo vocalem longam esse, e. g. **שָׁתִילִי** **שָׁתִילִי** posuit mihi.

§ 17. De vocalium mutatione.

1. Longae vocales corripiuntur:

a) cum accentus syllabae clausae accentuatae demitur, v. g. **אֵיכָם** *surgat* — **וַיֹּקֶם** *et surrexit*, **וַיֹּשֶׁב** *habitabit* — **וַיֹּשֶׁב** *et habitavit*, **אֵיכָה** *hostis tuus*, **אֵיכָה** **קָטָן** *parvus es* — **קָטָן** *parvi estis*, **אֵם** *mater mea*, **אֵם** **לֵךְ** *lex* — **לֵךְ** *leges meae*.

b) cum syllaba aperta mutatur flexione in syllabam clausam, quae accentu caret, e. g. **סִפְרִי** *liber* — **סִפְרִי** *liber meus*, **קָדְשִׁי** **קָדְשִׁי** *sanctuarium meum*.

Adnot. Sere corripitur plerumque in Chirek parvum, interdum, imprimis ante **Maκkeφ**, in **S^oγol**; Cholem plerumque in **Kameš**-chaṭuφ, interveniente **Dageš** fortis in **Kibbus**.

2. Breves vocales producuntur:

a) cum syllaba clausa fit aperta, v. g. **סֻסְתִּי** *equa* — **סֻסְתִּי** (*sûsā-θi*) *equa mea*, **גַּרְיִם** **גַּרְיִם** *montes*;

b) cum syllaba acui debet neque vero potest (§ 11, 2), v. g. **בָּרְךָ** *bô-rax* pro *bür-rax* (*benedictus est*), **בָּרְךָ** **בָּרְךָ** *bē-rex* pro *bir-rex* (*benedixit*);

c) cum semivocalis accedens in vocali quiescit (§ 12, 2);

d) „in pausa“ i. e. in ultima sententiae syllaba accentuata; vide § 20.

Adnot. Chirek parvum in Sere, Kibbus in Cholem producitur.

§ 18. De novis vocalibus ac syllabis efficiendis.

1. In exitu vocabulorum duas consonantes vocali carere raro admittitur; quod si ultima yocis syllaba in duas consonantes desinit, plerumque vocalis auxiliaris inseritur, v. g. **גַּעַר** **גַּעַר** pro *puer*, **יַגְלִיל** **יַגְלִיל** *revelet*, **יַזְחִית** **יַזְחִית** *oliva*.

Adnot. 1. Plerumque **S^oγol** adsciscitur; ad gutturalem **Paθach**, ad **Joð** Chirek accedit, vide exempla.

A d n o t . 2. Excipitur verbi 2. pers. fem. sing. perfecti (§ 31), v. g. נִקְטַּלְתָּ, קִטְלַתָּ; attamen occurrente gutturali שִׁלְחָתָ misisti pro שִׁלְחוֹתָ. Singulares sunt formae וַיֵּשֶׁב et captivum duxit, קָשַׁט veritas, נַרְדָּ nardus.

2. Non licet vocem a tribus simul consonantibus ordiri. Quod ne fiat:

a) Š°wa mobile ante alterum Š°wa simplex positum mutatur in Chirek, v. g. לְקַטֵּל pro בְּגַפֵּל pro לְקַטֵּל ad necandum, cadendo;

b) Š°wa mobile ante Š°wa compositum mutatur in vocalem isti Chaṭeq convenientem, v. g. לְעַמְדָּה pro בְּחַלְיָה (bōch̚iyā) pro בְּחַלְיִ in morbo;

c) Š°wa compositum ante Š°wa simplex positum mutatur in vocalem sibi convenientem, v. g. יְעַמְדוּ pro stabunt, pro נְאַכְלָוּ consumpti sunt, פְּעַלְךָ (pōol̚xa) pro opus tuum.

3. Saepissime Š°wa simplex antecedens syllabae accentu ictae in Kameš mutatur. Quae lex in universa quidem grammatica viget, at hic paucis tantum exemplis illustrari potest, v. g. לְרַב pro לְרַב multitudine, לְבָטֵחַ pro טֹוב וּרְעֵה in securitate, pro טֹוב וּרְעֵה bonum et malum, קְטַלְתָּ pro קְטַל necavit.

4. Insuper maiore accentus ictu „in pausa“ novae exoriuntur vocales vel syllabae, de quo v. § 20.

§ 19. De vocalibus elidendis.

Cum ad exitum vocabuli flexione grammatica additur nova syllaba, in quam accentus procedit, in stirpe vocis plerumque vocalis defective scripta eliditur. Imprimis excidunt Kameš et Sere ante accentum posita. Sic ex קְטַלְתָּ trucidavit fit קְטַלְוָ trucidaverunt, ex סְפִירָ scriba fit סְפִירָם scribæ, ex קְטַלְתָּ necavit fit קְטַלְוָ necaverunt, מְכַטְּלָתָם necavistis. Similiter vocales eliduntur, cum vocabulum arcte cum insequenti coniunctum (in statu constructo positum, § 55) accentum amittit, v. g. דְּבָרִ יְהֹוָה verbum, at דְּבָרִ הָרָב verbum Domini. Vocales plene scriptae non excidunt, v. g. גְּבוֹרִים heros, plur. גְּבוֹרִים.

§ 20. De pausa.

Gravior vocis sonus, qui ad exitus versuum vel commatum distinctivis accentibus notatos admovetur, pausa nominatur; quae has efficit vocalium mutationes:

a) Syllaba accentu notata, cum brevis est, in pausa producitur, v. g. קְטַלְתָּ necavit; מְיֻם aqua; אֲרֹץ, אָרֹץ terra.

b) Cum extremae syllabae accentu ictae Š^owa mobile antecedit, in pausa istud Š^owa saepe mutatur in S^oγol, cui accentus admovetur, v. g. שָׁבֵי in pausa שְׁבִי *captivitas* (excipiuntur אַתֶּךָ in pausa אַתֶּךָ te, בָּךְ in p. בָּךְ in te, לְךָ in p. לְךָ tibi, § 74, 2); Chat^oφ mutatur in congruentem vocalem productam et accentuatam, v. g. חָלִי in pausa מַלְיָי *morbus*. Cum vero istud Š^owa mobile ex vocali flexione grammatica elisa exortum est, in pausa ea vocalis restituitur, producitur, accentu percutitur, v. g. קָטָלָו in pausa קָטָלָו *necaverunt*, מְלָאָה in pausa מְלָאָה *plena est*, יָקָטָלָו in pausa יָקָטָלָו *necabunt*.

Pars secunda. De vocabulorum formis.

A. De pronomine.

§ 21. De pronomine demonstrativo.

Pronomen demonstrativum tres potissimum habet formas:

Sing. masc.	הַיְהָ	<i>hic</i> ,
fem.	(וְהִזְהָבָה, וְהַזְהָבָה)	<i>haec (hoc)</i> ,
Plur. comm.	(אֲלֹהָה)	<i>hi, hae (haec)</i> .

Adnot. 1. Formae uncinis inclusae rarae sunt; rarius etiam inveniuntur hae formae: Sing. masc. הַלְּהָ, fem. הַלְּוָה, comm. (abbreviatum) הַלְּוָןִים; in poetarum usu ♩ comm. pro omnibus numeris et generibus.

Adnot. 2. ♩ saepe tamquam adverbium demonstrativum loci vel temporis adhibetur: *hic, ibi, nunc*. Interdum cum pronomine interrogativo ad quaectionis vim augendam coniungitur, e. g. מַה־זֶּה *quidnam*.

§ 22. De pronomine relativo.

Pronomen relativum plerumque usitatum est particula שֶׁ, quae pro masc. et fem., pro sing. et plur. immutata permanet. Eius locum interdum ♩ cum sequenti Daγeš forti (rarius ♩ aut ♩) obtinet, quod ut praefixum vocibus anteponitur, e. g. אֲשֶׁר *qui non*.

§ 23. De pronomine interrogativo.

Duo sunt pronomina interrogativa: מַה (מֵה) *quis* et מַה (מֵה) *quid*. Forma feminina pronominis interrogativi plerumque per Makkeφ et Daγeš forte coniunctivum voci sequenti adiungitur, interdum etiam cum ea in unum cogitur, v. g. מַה־זֶּה (§ 16) *quid est hoc*, מַה־לְכֶם (pro מַה־לְכֶם) *quid vobis*. Ante verba, quorum prima syllaba הָ aut חָ aut עָ est, מַה scribitur, v. g. מַה אָשָׁף *quid fecisti*. Forma מַה nisi ante נָ et רָ fere non usurpat, v. g. אָמַר מַה *quid dicam*.

§ 24. De pronomine personali (et possessivo).

Paradigma X, 1.

Pronomen personale aut vocabulum est proprium (pronomen separatum) aut additamentum tantum verbi vel nominis vel particularum (pronomen suffixum). Pronomen separatum indicat nominativum; suffixum nominis designat genetivum pronominis, vel quod idem est, pronomen possessivum; suffixum verbi exhibit obiectum vel accusativum.

Adnot. Suffixa sunt pronomini personalium formae abbreviatae; syllaba praefixa נִיְ 1. et 2. personae (הָנִי ex 'antā, מָנִי ex 'antem) excidit, ו in נ transiit, v. g. נִי exortum est הָנִי.

§ 25. De articulo

1. Articulus olim pronomen demonstrativum fuit, cuius vim interdum retinet (v. § 77, 5). Vulgaris articuli forma est ה, quae nomini determinando praefigitur. Cum autem gutturales Dayeš forte non admittant, quattuor oriuntur formae: ה, הַ, הֵ, הֶ.

a) הַ (cum Paθach et sequenti Dayeš forti) est forma vulgaris, v. g. הַבָּר verbum, הַפֵּסֶם equus; Dayeš forte in ל, מ, נ non ponitur (§ 7, adn. 2), v. g. הַיָּאָר flumen (*Nilus*), הַלְוִיָּם Levitae.

b) הֵ (cum Dayeš forti implicito sine productione compensativa) plerumque scribitur ante ח et ה, e. g. הֵחֶנֶּשׁ mensis, הֵילֶל ille. (Excipiuntur: הֵהָם et הֵהָת illi, הֵחֶם vivus.)

c) הֶ (cum productione compensativa) usurpatur semper ante א et ר, plerumque ante י atque הָ (cf. d), v. g. הֶאִישׁ vir, הֶרְאָשׁ caput, הֶעֱבָד servus, הֶמְסָד mons.

d) הָ (cum productione partiali) usurpatur ante הֶ, א sine accentu prolata, ante חָ (chā) et טָ, v. g. הָעָרִים montes, הָעֲרִים oppida, sapiens, הָמָרְבָּן morbus (sed הָחֵם sapientia).

Adnot. Primitiva articuli forma olim putabatur fuisse הַל (arab. ال), quae tamen opinio in dies magis deponitur.

2. Articulus non solum substantivis, sed etiam adiectivis et pronominibus apponitur, v. g. הָזֶה iste, הָזֶה isti (idem).

B. De verbo.

I. De verbi hebraici proprietatibus.

§ 26. De verbi generibus, temporibus, modis, personis.

1. Cum ceterarum linguarum semiticarum tum hebraicae hoc proprium est, ut regularibus quibusdam radicis mutationibus

primaria verbi notio varietur. Quae sic existunt verbi genera, ab antiquis grammaticis coniugationes dictae sunt (quae tamen vox alia vi usurpatur quam in linguis indo-europeis). Ex his septem, quae saepissime occurunt, hic enumerantur.

- 1) **Kal** exhibet notionem verbi primitivam, e. g. *necare*.
- 2) **Niq'al** est passivum coniugationis **Kal**: *necari*; subinde vim reflexivam habet: *se necare*.
- 3) **Pi"el** est forma intensiva aut iterativa: *trucidare*; saepe causativam significationem habet, e. g. לְמַד *discere*, **Pi"el** לְמַד *docere*.
- 4) **Pu"al** est passivum coniugationis **Pi"el**: *trucidari*.
- 5) **Hiq'il** est forma causativa: *necem provocare, imperare etc.*
- 6) **Hoq'al** est passivum coniugationis **Hiq'il**: *ad necem provocari*.
- 7) **Hiθpa"el** est forma reflexiva et reciproca: *se ipsum vel se mutuo necare*.

Ad not. 1. Prima coniugatio appellatur **לִ** i. e. levis sive simplex; cetera nomina sunt genera vetusti paradigmatis **לָלִי**. Per paucorum verborum omnes eae coniugationes usu receptae sunt.

Ad not. 2. Ut in linguis semiticis ita in indo-europeis pauca saltem verba parva stirpis mutatione novam vim, imprimis causativam adsciscunt, v. g. γέγονα — γεννάω; iaceo — iacio, cado — fallen, sinken — senken.

2. Verbum hebraeum duas habet formas, quae, etsi minus recte, tempora vocantur: perfectum et imperfectum. Consummatam enim aut durantem actionem significant, non elapsum aut venturum tempus. Pristini scriptores perfectum appellare solebant praeteritum, imperfectum futurum. Praeterea formantur infinitivus (construtus et absolutus), imperativus, participium.

3. Ad coniunctivum et optativum exprimendos imperfectum adhibetur; formae peculiares imperfecti, quibus modi quidam distinctius designantur, sunt iussivus, cohortatus, reliquiae quaedam modi energici.

4. Secunda et tertia persona duplices habent formas generis masculini et feminini, excepta tertia persona pluralis perfecti.

§ 27. De verborum formis derivandis.

1. Formae verbi primitivae regulariter tribus consonantibus sive radicalibus literis constant.
2. Duae distinguuntur formae verbi principales sive fundamentales: tertia persona masculini singularis perfecti et infinitivus constructus.

3. Ceterae formae ex formis principalibus derivantur: adiunctis praeformativis et afformativis, vocalium commutatione, mediae consonantis duplicatione.

4. Praeformativa (seu praeformantia) dicuntur additamenta initio radicis praefixa, afformativa (seu afformantia) vero dicuntur additamenta ad exitum radicis adiecta.

In declinando verbo regulae §§ 11–13 prolatae miram formarum varietatem efficiunt. Perspicuitatis igitur causa verba pro literarum radicalium varietate in diversas classes discernuntur: a) verba firma, quae ex consonantibus immutabilibus constant, b) verba infirma, quorum una radicalis aut duae evanescere possunt. Firmum verbum gutturalium occursu mutationes quasdam patitur, quas iterum oportet singulariter considerari. Ex more vetere ea verba, quae secundum leges generales declinantur, regularia nominantur, cetera irregularia, et haec quidem sunt aut gutturalia aut infirma.

II. De verbo regulari.

Explicatur paradigma I. in appendice positum: **לְקַר necavit.**

§ 28. De formando septem coniugationum perfecto.

1. Verbi forma fundamentalis altera, 3. masc. sing. perf. **קָל**, sub prima radicali **קָמֵשׁ** habet, sub secunda, cum verbum transitivum est, plerumque **פָאָתָח**, cum intransitivum est, saepissime **שָׁרֵךְ**, rarius **חֹלֶם** vel **פָאָתָח**, e. g. **כָּבֵד** *necavit*, **גָּרָבִיס** *fuit*, **פָּרָבָס** *parvus fuit*; quae diversae verborum classes vocantur *verba mediae a, ē, ō*.

Ad not. In paradigmate igitur 3. masc. sing. perf. primo loco posita apparet, quia ex ista forma ceterae omnes derivantur. Quae forma fundamentalis in lexicis quoque indicari solet; vid. tamen § 46, 1, adnot.

2. Reliquae sex coniugationes praeformativis, vocalium commutatione, duplicatione mediae radicalis e **קָל** formantur. Quas commutationes proprium cuiusque coniugationis nomen indicat; quaenam ratione antiqui paradigmatis **עַל** formae **הַפְעִיל**, **גַּפְעִיל** etc. effectae sunt, eadem cuiuslibet verbi coniugationes his nominibus ornatae formantur. De ponendo **דָּגֵשׁ** v. § 30.

§ 29. De coniugationibus Pi"el et Hiθpa"el.

1. Ultima syllaba perfecti Pi"el et omnium modorum Hiθpa"el interdum pro **שֵׁרֶךְ** vocalem **פָאָתָח** assumit; *in pausa* **שֵׁרֶךְ** coniugationis Hiθpa"el in **קָמֵשׁ** vertitur. Tria verba in coniugatione

Pi“el loco Šere S°γol adsciscunt: **דָּבַר locutus est** (in pausa **דָּבָר**), **כָּפֵם lavit, כָּפָר propitiavit.**

2. In coniugatione Hiθpa“el verborum, quae a litera sibilante (**ס, צ, ש, שׁ**) exordiuntur, **ת** praeformativi cum prima litera radicali locum permutat, post **ת** insuper **ת** vertitur in **ת**; v. g. **שְׁמַר custodivit**, Hiθpa“el **הַשְׁמִיר cavit** (non **הַתְּשִׁמֵּר**), **צְרָק iustus fuit**, Hiθpa“el **הַצְּרִיק se (iustificavit) defendit**.

ת praeformativi adsimilatur primae radicali, cum verbum incipit a litera linguali **ך** vel **ת** vel **ת**, e. g. **דְּכָא contrivit**, Hiθp. **הַדְּכָא contritus est**; **אֲמֹת pollutus, immundus fuit**, **אֲמֹת הַ se polluit, contaminavit**; **תְּמֻמָּם perfectus fuit**, Hiθp. **הַתְּמֻמָּם perfecte egit**.

§ 30. De Dayeš in verborum declinatione ponendo.

1. Dayeš forte tamquam propriam notam habent et ex eo cognosci possunt a) coniugationes Pi“el, Pu“al, Hiθpa“el, quarum formae *mediam* radicis literam geminatam habent; b) infinitivus, imperativus, imperfectum Niφ‘al, in quibus formis *prima* radicalis geminatur.

2. *Prima* radicalis, cum est aspirata (Β°γαδκ°φαθ), in coniugatione Hiθpa“el Dayeš leni instruitur; item *secunda* radicalis in imperf. Kal, perf. et part. Niφ‘., in coniugationibus Hiφ. et Hoφ. ac plerumque in infin. constr. Kal, cum coniungitur cum praefixo **ל**, e. g. **לְכַתֵּב scribere, לְכַתֵּב ad scribendum**.

§ 31. De perfecti formis personalibus.

1. Ad efficiendas perfecti formas personales tertiae pers. masc. sing. perf. accedunt haec affomativa, quorum pleraque sunt mutillata pronomina personalia:

Sing.		Plur.
3. fem.	נָ—	3. masc. et fem. וּ
2. masc.	מָ	2. masc. מָתָם
fem.	תָּ	fem. תָּתָם
1. masc. et fem.	תִּ	1. masc. et fem. נוּ

In hisce affomativis ad radicem addendis § 19 observanda est; quapropter ante **נָ—** et **וּ** altera radicis vocalis excidit; in perf. Kal ante **מָתָם** et **תָּתָם**, quibus semper accentus admovetur, prior vocalis, Kameš ante accentum positum, eliditur.

2. Eadem ratione in omnibus coniugationibus personae perfecti ex 3. masc. sing. formantur. Notandum tamen est: *a)* Chirek magnum in coniugatione Hiφ'el, quia plene scriptum est, ante affomativa a vocali incipientia non excidit (§ 19); *b)* longae ultimarum syllabarum vocales in coniugationibus Pi"el, Hiφ'el, Hiθpa"el accedente affomativo a consonante incipienti corripiuntur et in Paθach mutantur. Pari modo in coniugatione Kal intransitiva (§ 28, 1) Šere corripitur. Cholem tamen ante affomativa נ, ת, נ accentu carentia immutatum retinetur, ante בְּנִי, בְּנָי autem, quia in syllaba clausa et accentu carente positum, in Kames-chaṭuφ corripitur. His formis exceptis vocalis ultimae radicis syllabae ante affomativa a consonante incipientia in omnibus perfecti formis est Paθach.

§ 32. De infinitivo et imperativo.

1. Altera verbi forma fundamentalis est infinitivus constructus, cuius formae e paradigmate descendae sunt. Infinitivi altera forma rarius occurrens, quae vocales habet productas, dicitur infinitivus absolutus.

Adnot. Infinitivus constr. interdum ope terminationis femininae formatur, e. g. לְטַלֵּה. Cum praefixo ל gerundii loco adhibetur, v. g. לְקַטֵּל ad necandum, לְכַתֵּב scribendo.

2. Imperativi nulla est persona nisi secunda; huius formantur singularis et pluralis, masculinum et femininum. Secunda pers. masc. sing. ab infinitivo constr. non distinguitur, nisi quod in imperativo Hiφ'el Chirek infinitivi constr. plene scriptum in Šere vertitur. Ceterae tres formae hisce efficiuntur affomativis:

sing. fem. וְ, plur. masc. וְ, plur. fem. וְ. In fem. sing. et in masc. plur. vocalis ultimae stirpis syllabae ante affomativa וְ et וְ eliditur (§ 19); inde cum in coniugatione Kal duae priores literae notā Š'wa instructae sint, prius Š'wa in vocalem auxiliarem Chirek mutatur (§ 18) וְ, וְ. In imperativo Hiφ'el Chirek plene scriptum ante וְ et וְ restituitur.

Adnot. In coniugationibus Pu"al et Hoφ"al imperativus non invenitur.

§ 33. De imperfecto et participio.

1. Imperfecta omnium coniugationum formantur praeformativis ante infinitivum constructum positis simulque, ubi opus est, generis ac numeri signis ad exitum adiectis.

Sing.		Plur.
3. m.		(ג) :
f.	ת	(ג) נָה ת
2. m.	ת	ג (ג) :
f. (יְ—) יַ—	ת	(ג) נָה ת
1. comm.	א	ג

Horum *praeformantium* plurima sunt formae pronominum personalium valde correptae. Quae omnia in coniugatione Kal primitus vocali ā notata erant; postea ā in ī, post א in ē attenuatum est. In ceteris coniugationibus vocalis primitiva (ā vel ū) in Šwa, post א in Chateq-Paṭach mutata est. Sed cum infinitivus constr. ab ה incipit (in coniugationibus Niq., Hiq., Hoq., Hiθp.), ו eicitur, in cuius locum praeformativum succedit vocali non mutata, v. g. יִקְרֵי pro יִקְרָא, יִקְרָא, יִקְרָא.

Afformativa יְ— et ג formae radicali adduntur observata lege § 19; vocalis ultimae stirpis syllabae ante i et u eliditur, excepto ī coniugationis Hiq'il; ī ante נָה in ē corripitur.

Ad not. Afformativum ג interdum litera י augetur, imprimis in pausa; apposito *Nun* in ultima stirpis syllaba plerumque vocalis elisa restituitur, e. g. יִלְקֹטִין colligent. Simili ratione interdum יְ— confortatur. (Hoc ג superesse videtur de primitivo modo energico, § 26, 3.)

2. *Participium Pi"el* et *insequentium coniugationum* ex infinitivo constructo formatur praefixo נ (pari ratione ac imperf. praefixo י); Paṭach ultimae syllabae in Kameš producitur. Coniugatio Kal peculiaria habet participia; ac transitivorum quidem verborum est participium activum קְרָא (fem. קְרָאָתָה et קְרָאָתָה), passivum קְרָאָן, intransitivorum part. בְּרָא et קְרָאָן. Partic. Niq'al producta vocali posteriore e 3. masc. sing. perf. efficitur, v. g. גְּרָאָן.

§ 34. De verbis intransitivis.

Verba intransitiva in imperfecto et imperativo Kal plerumque Paṭach adsumunt, v. g. יִגְדַּל, יִקְרַן, rarissime Cholem; sunt quoque verba transitiva, quae Paṭach adsciscant. Interdum duae existunt formae, altera Cholem, altera Paṭach praedita, ac tunc quidem prior transitivum, posterior intransitivum verbum esse solet, v. g. יִקְרַץ: *praecidit*, יִקְרַץ: *praecisus (brevis) est*.

Ad not. Inde distinguuntur a grammaticis imperfecta ḥ et ā, quorum utrumque regulare est (imperfectum ē reperitur in verbis anomalis). — Infinitivus constructus plerumque ḥ, perraro ā adsumit.

§ 35. De modis exprimendis; de iussivo.

1. Hebraei imperfecto utuntur, cum in nostris linguis *modus coniunctivus* requiritur, v. g. *finem habeat*, מִי יְדַבֵּר נָא *quis dixerit*, פָּנִיתְכְּחֹשׁ *ne mentiamini*. Etiam *imperativi* loco saepissime utuntur imperfecto vel perfecto consecutivo (§ 37), v. g. *non לא חָנַב furaberis*, שֶׁם וַיְשַׁבֵּת *(aedifica domum) et habita in ea*. At proprias imperativi formas minus saepe adhibent.

2. Persona 2. vel 3. imperfecti, cum ad *desiderium significandum* adhibetur, peculiari nomine vocatur iussivus. Quae formae non habent affomativa, quantum fieri potest, corripiuntur; in verbo regulare vocalis יְ— imperfecti *Hiq'il* corripitur in —, e. g. *delebit*, iuss. *יְכַרֵּת deleat*.

§ 36. De forma paragogica.

1. Imperfecti 1. persona tam sing. quam plur. atque imperativi 2. masc. sing. interdum affixo הָ— adiectae cernuntur, v. g. אֲקָטָלָה *necare volo*, אֲזִיכָּה *memorare volo*, שָׁכָּבָה *cuba*. Quod additamentum He paragogicum vocatur, quia grammatici prolongationem verborum *paragogen* vocare solent. Imperfecti formae paragogicae sui ipsius cohortandi vim habent, unde nominantur cohortativus vel voluntativus, e. g. אֲשָׁמָרָה *caveam queso*, נְגַנְּהָ *loquamur*.

2. Apposito He paragogico ultima vocalis eicitur, nisi plena scripta est (§ 19), quod accidit in coniugatione *Hiq'il*. Cholem ultimae syllabae 2. m. sing. imperativi *Kal* in ö correptum sub primam radicalem reicitur, e. g. שָׁמָר *custodi*.

§ 37. De Waw consecutivo.

1. In lingua hebraica singulari quodam usu, qui a viris doctis nondum satis exploratus est, perfectum et imperfectum saepissime inter se permuntantur. In enarrandis enim actionibus *consummatis* plerumque primum tantum verbum formam perfecti exhibet, ea quae sequuntur, imperfecto expressa sunt. Item in exponendis rebus *nondum perfectis* primum verbum imperfecti formam exhibet, cetera perfecti. Quae tamen temporum permutatio in usu non est, nisi subsequentia verba cum praecedenti coniuncta sunt praefixo Waw (§ 75, 1), ut actiones posteriores tamquam *consecutiones* (sive temporales sive logicae) actionis prioris esse videantur. Haec coniunctio Waw appellatur *consecutivum*.

A d n o t. Nomen prius usitatum *Waw conversivum* nunc ab omnibus fere viris doctis improbatum.

2. Ante formas perfecti Waw consecutivum (sicut Waw copulativum vulgare) Š^owa adsumit, accentus saepe in ultimam syllabam transit, v. g. נִכְתָּה וְנִכְתָּה et necabis, נִכְתָּה וְנִכְתָּה et necabo.

Waw consecutivum imperfecti punctatur vocali Paθach sequente Dayeš forti; sed notandae sunt formae: וַיַּקְרֵל (§ 7, adn. 2) et וְאֶקְרֵל (§ 11, 2). Accentus ad syllabam praecedentem, si aperta est, retrahitur; unde ultimae syllabae, si clausa est, vocalis corripitur (§ 17, 1, a), e. g. יֹאמֶר loquetur, וְיֹאמֶר et locutus est, יִמְوت morietur, וְיִמְתַּה et mortuus est. Etiam non retracto accentu vocalis ultimae syllabae interdum corripitur, imprimis in imperfecto Hiçil, e. g. יִבְדַּיל separabit, וְיִבְדַּיל et separavit.

§ 38. De verbo regulari suffixis adaucto.

Explicantur paradigmata X, 2 et XI.

1. Formae suffixorum. a) Suffixa נִ, בְּ, כְּ formis verbi in consonantem exeuntibus Š^owa mobili affiguntur.

b) Ceterorum suffixorum verbi triplex est forma: α) forma simplex a consonante incipiens, quae affigitur verbi formis in vocalem exeuntibus; β) forma ligamine *a* instructa, quae adnectitur perfecti formis in consonantem exeuntibus; γ) forma ligamine *e* instructa, quae additur imperfecti et imperativi formis in consonantem exeuntibus (suffixum 2. fem. sing. נִ ad perfectum quoque saepe ligamine *e* adnectitur).

c) Praeter suffixorum formas usitatas aliae interdum usurpan-
tur, quae dicuntur suffixa Nun energico (epentheticō) adaucta;
reperiuntur in paradigmatis X, secunda columna B; ad quae cf.
§ 13, adnot.

2. Formae verbi apponendis suffixis hoc modo aptantur:

a) Perfectum.

In perfecto quaedam antiqua affomativa conservantur. Nam
α) tertiae pers. f. sing. terminatio est תְּ (pro תִּ), quae semper
accentum habet; ad quam suffixum נִ ligamine *e*, בְּ et כְּ ligamine *a*
apponuntur, cetera nota Š^owa; sic existunt hae formae: תְּתִ, בְּתִ, כְּתִ (ex תְּתִ § 13, 2, adn.), תְּתִ (ex תְּתִ); β) 2. m.
sing. exit non solum in נִ, sed etiam in תְּ (ante נִ cum ligamine *a*);
γ) 2. f. sing. exit in תְּ, δ) 2. plur. comm. exit in תְּ.

Praeterea in perf. Kal Kameš primae syllabae eliditur, quia
non iam ante accentum positum est; secunda syllaba, cum aperta

est, ante accentum Kameš adsumit. Quare ante suffixa hae perfecti Kal formae efficiuntur:

Sing.	Plur.
3. masc. קְטַל (ketəl)	3. comm. קְטַלּוּ
fem. קְטַלָּת	
2. masc. קְטַלָּת (ketəlat)	2. comm. קְטַלְתָּוּ
fem. קְטַלְתִּי	
1. comm. קְטַלְתִּי	1. comm. קְטַלְנוּ

In perfecto Pi"el Šere ultimae syllabae ante suffixa נָ, מָ, וָ in Səyol mutatur, ante cetera suffixa omnino excidit. Perfectum Hiφ'il immutatum manet.

b) Imperfectum.

Cholem imperfecti Kal ante נָ, מָ, וָ in Kameš-chaṭuφ mutatur, ante cetera suffixa omittitur. Paθach imperfecti non eliditur, sed apertā syllabā in Kameš producitur; v. g. וַיְלַבֵּשַׂנִי et vestivit me. In imperfecto Pi"el Šere abicitur aut corripitur, ut in perfecto. Hiφ'il immutatum manet.

Pro forma feminina secundae et tertiae plur. (in הָ) forma masculina (in יָ) in usu est.

c) Infinitivus.

Infinitivus Kal ante suffixa apponenda formam קְטַל adsumit (ante suffixa נָ, מָ, וָ praeterea formam קְטַל ketəl). Infinitivus pro vi formae modo suffixum verbi modo suffixum nominis accipit, e. g. קְטַלְנִי cum suffixo verbi i. e. cum accusativo coniunctum significat necare me; קְטַלִי cum suff. nominis i. e. cum pronomine poss. coniunctum significat necem a me factam, graece τὸ ἐμὸν ἀποκτείνειν, germanice mein Töten. Formae tamen cum suffixo verbi coniunctae non diversae sunt a formis cum suffixo nominis coniunctis nisi in prima singularis persona; nam יִ signif. me, וְ— meum.

d) Imperativus.

Forma 2. pers. masc. sing. imperativi ante suffixa eadem est atque infinitivi constructi קְטַל. Formae קְטַלִי et קְטַלּוּ remanent, ac posterior feminini quoque forma est. Verba imperfectum ā formantia conservant et producunt ā sicut in imperf., e. g. שְׁלַחֲנִי mitte me.

e) Participium.

Participia Kal et Pi"el Šere amittunt vel corripiunt (§ 69.2) et plerumque suffixa nominis, raro suffixa verbi accipiunt.

Adnot. 1. Coniugationes passivae raro in infinitivo (vel participio) suffixa adsumunt, v. g. **תִּבְרַאֲנָה** *cum iudicatur*. (De suffixis cum verbis intransitivis coniunctis v. § 85, A, 3).

Adnot. 2. Suffixum verbi nunquam habet vim pronominis reflexivi; quod cum exprimendum est, adhibentur coniugationes reflexivae, praesertim Niφ'el et Hiθpa“el.

III. De verbis irregularibus.

1. De verbis gutturalibus.

Cum una trium radicalium verbi est litera gutturalis aut **ח**, singulares quaedam formae oriuntur (§ 11). Quae ut planius describantur, verba gutturalia trifariam disperiuntur in verba primae gutturalis, verba mediae gutturalis, verba tertiae gutturalis, prout litera gutturalis aut primo aut secundo aut tertio loco est.

§ 39. De verbis primae gutturalis.

Explicatur paradigmata II: **רְמֹנָה** stetit.

1. Cum prima radicis litera est gutturalis, illae formae sunt anomalae, in quibus prima radicalis nota Š°wa instruitur. Pro Š°wa mobili enim semper Chateφ poni debet (§ 11, 1), plerumque Chateφ-Paθach, sub **ב** ante accentum Chateφ-S°γol. Quod observandum est in coniugationis Kal 2. persona plur. perfecti, infinitivo, imperativo, omnibus perfecti formis, quibus apponenda sunt suffixa.

2. Post praeformativa imperfecti Kal, perfecti et participii Niφ'el, coniugationum Hiφ'el et Hoφ'el prima radicalis Š°wa quiescenti instruitur. Quod ipsum quoque in verbis primae gutturalis plerumque Š°wa *composito* permutatur, cum praeformativa vocalem Š°wa *composito* inhaerentem adsumant. Itaque in imperfecto Kal plurima verba transitiva adsciscunt Chateφ-Paθach, verba intransitiva et nonnulla transitiva (praesertim sub **ב**) Chateφ-S°γol; perf. et part. Niφ. et perf. Hiφ. adsumunt Chateφ-S°γol; inf., imptv., imperf., part. Hiφ. Chateφ-Paθach; Hoφ. Chateφ-Kames. — Ante afformativa a vocali incipientia vocalis secundae radicalis in Š°wa mutatur, Chateφ primae radicalis ir. vocalem correspondentem (§ 11, 1 et 18, 2, c).

Š°wa quiescens vero interdum sub prima gutturali (imprimis sub **ב**) *conservatur*; vocalis tamen praeformativi ita eligitur, velut si Š°wa quiescens in Chateφ transierit, v. g. **צְבָהֵי** et **צְבָהֵי placebit ei**, **רְמֹנָה** (part. Niφ.) *desiderabilis*, **קִשְׁתָּה** *obscurabit*, **גְּפֹהָה** *se vertit*.

3. Gutturales (et נ) Dayeš forti non geminantur; quare in inf., imptv., imperf. Niφ'el Chirek praeformativi in Šere producitur (§§ 11, 2 et 17, 2, b).

§ 40. De verbis mediae gutturalis.

Explicatur paradigma III: מְקַטֵּשׁ mactavit, גָּמַבּ genuflexit, בָּנֵדִיךְ benedixit.

1. Media radicalis, cum est gutturalis (vel נ), in coniugationibus Pi“el, Pu“al, Hiθpa“el Dageš forti duplicari non potest. Quare vocalis primae stirpis syllabaे prolongatione compensativa producitur (— in —, — in —, — in —), idque ante נ semper, ante נ plerumque, ante י saepe. Alias media gutturalis virtualiter Dayeš forti implicito geminatur (et quidem נ semper, נ plerumque, י saepe) *vocalesque correptae* manent.

2. Imperativus et imperfectum Kal, saepe perfectum quoque Pi“el in ultima stirpis syllaba vocali א instruuntur (§ 11, 3; hoc Paθach imptv. et imperf. Kal ante suffixa in Kameš producitur).

3. Gutturalis pro Š°wa mobili (ante afformativa a vocali incipientia et ante suffixa) Chaṭeq adsciscit, v. g. שְׁתִּתְּךָ, שְׁתִּתְּךָ רְמַתְּךָ miseritus est tui. In imptv. Kal Š°wa mobile primae radicalis ante Chaṭeq in vocalem correspondentem mutatur, v. g. שְׁתִּתְּךָ (§ 18, 2, b).

§ 41. De verbis tertiae gutturalis.

Explicatur paradigma IV: חִלֵּשׁ misit.

In numerum verborum tertiae gutturalis non referenda sunt nisi ea, quorum ultima radicalis נ vel ת vel י est; nam נ et ת in exitu verborum positae quiescunt ideoque consonantium vim amittunt.

1. Anomalia illorum verborum regulis § 11, 3 propositis comprehenditur; inde in ultima stirpis syllaba vocales mutabiles in Paθach transeunt, e. g. יָגַבְתָּ altus erit, פָּתַח aperi. Inter vocales vero immutabiles et gutturalem in fine positam Paθach furtivum inseritur, e. g. עֲמַעַדְתָּ audiens, פָּתַח aperuit, הַרְשִׁיעַ impie egit, נְבָנָה altum esse, פָּתַח (פָּתַח) apertus.

2. Š°wa simplex ad gutturalem admittitur, cum sit quiescens; at in secunda persona fem. sing. perf. omnium coniugationum Š°wa cum Paθach permutatur, v. g. שְׁלִיחָתָה pro שְׁלִיחָתָךְ (§ 18, 1, adnot. 1). Ante suffixa נ, כ, ב, נ Š°wa mobile, quo affiguntur, sub tertia gutturali in Chaṭeq mutatur, e. g. שְׁלִיחָתָךְ misit te.

2. De verbis infirmis.

Infirma dicuntur ea verba, quorum declinatione una ex radicalibus evanescit. Ad ea dignoscenda grammatici secundum literas veteris paradigmatis פָעַל primam radicalem פ, secundam י, tertiam ל appellaverunt; unde e. g. *verbum Pe-Nun* (פ"נ) verbum est, cuius prima radicalis est פ, *verbum Lamed-He* (ל"ה), cuius tertia radicalis est ל; sed *verbum 'Ajin-'Ajin* (י"י) designat verbum, cuius secunda radicalis geminata est, e. g. סְבִבָּה (*se*) *vertit*.

§ 42. Verba נ"פ (Pe-'Aleg).

Sine paradigmate.

1. Quinque verbis, quorum prima radicalis est נ, hoc peculiare est, ut in imperf. Kal נ in Cholem quiescat; sunt autem haec: אָבֹד interiit, אָכַל edit, אָבָה voluit, אָפָה coxit.

2. Tria priora verba in ultima imperfecti Kal syllaba plerumque שׁere, interdum Paθach habent; de duobus verbis v. § 49. In prima sing., ubi duo נ concurrunt, radicalis נ omittitur; quare non נאָמֵר, sed אָמֵר scribitur. Imperfectum igitur hoc modo flectitur:

Sing.	Plur.
יָאָמֵר (אָמֵר)	יָאָמְרוּ
תָּאָמֵר	תָּאָמְרָנָה
תָּאָמֵר	תָּאָמְרוּ
תָּאָמְרִי	תָּאָמְרָנָה
אָמֵר (אָמֵר)	נָאָמֵר

3. Reliquarum formarum ratio illis verbis cum verbis primae gutturalis communis est, v. g. יָאָכֵיל, נָאָכַל, אָמֵר, יָאָחֶז.

Ad not. Inf. constr. לְאָמֵר cum praefixo ל saepissime in dicendo contrahitur; sed non contrahuntur לְאָמֵר, בְּאָמֵר etc. Verbum quoque אָחֶז prendidit in imperf. Kal habet formam אָחֶז, raro יָאָחֶז.

§ 43. Verba ז"פ (Pe-Nun).

Explicatur paradigma V: נָעַשׂ accessit.

1. Verba, quorum prima radicalis est נ, hoc *Nun* plerumque amittunt in imperativo et infinitivo constr. Kal, v. g. שְׁלַנְהָ, שְׁלַנְהָ exuite. Inf. constr. terminationem femininam תְּ- וְ- vel, gutturali occurrente, תְּ- וְ- adsumit, accentu in syllaba paenultima servato, e. g. תְּשַׁתְּderatum a נָעַשׂ accedere (cum suffixo גִּשְׁתָּו), נָעַתְּ a נָעַתְּ tangere (cum suff. גִּעְתָּו), טַעַתְּ a נָטַע plantare.

2. Nun cum additis praeformativis vocali privatur, sequenti consonanti adsimilatur, v. g. יְדָר vovebit, פְלָאָכַד adam, נְגִנָּת (Niq.) percussus est, הְבִיטָה inspexit, אֲגִיד adnuntiabo; coniugatio Hoφ'al

Kibbus pro Kames-chatup adsciscit, v. g. הָצֵב statutus est, מִצְלֶה ereptus.

Agnoscuntur haec verba, ubi praeformativa accesserunt, Daresh forti in priore duarum, quae supersunt, radicalium posito.

Adnot. 1. Inf. constr. et imptv. Kal verborum י"פ imperfect. o formantium regulares sunt, e. g. נִפְלֵל cadere, cum suff. נִפְלֵלְן. Nun non adsimilatur, cum gutturali praecedet, v. g. יְנַאֲזֵב repudiabit, יְנַחֵל possidebit, legitur tamen Niq'al נִחְמָם poenituit (§ 11, 2).

Adnot. 2. Verbi נִתְן dedit praeter anomaliam verborum י"פ hoc quoque proprium est, ut tertia radicalis נ ante ת adsimiletur, e. g. perf. 2. m. sing. נִתְּנָה pro נִתְּנָתָה et inf. תִּתְּנָתָה pro נִתְּנָתָה; cum suffixis תִּתְּנָתִי (pro נִתְּנָתִי), תִּתְּנָתֶךָ. Imperativi et imperfecti vocalis extrema est e, e. g. תִּתְּנָה (saepe תִּתְּנָה), יִתְּנָה.

Adnot. 3. Verbi לִקְחַת sumpsit prima radicalis ל eodem modo tractatur, quo נ verborum י"פ; imperfect. יִקְחַת, inf. קִחְתָּה, cum suff. קִחְתָּי, imptv. קִחְתָּה (saepe קִחְתָּה); imperfect. Hoq. קִחְתָּי; Niq'al tamen est גִּלְקָחָה.

§ 44. Verba י"פ (Pe-Jod).

Verba, quorum prima radicalis est in tres distinguuntur classes.

1. Primam classem (verba adsimilantia י"פ) ea constituunt, quorum prima radicalis pariter ac Nun verborum י"פ aut eliditur aut adsimilatur, scilicet: יִצְחַת combussit (Niq. נִצְחָת, Hiq. נִצְחָת), יִצְעַר substravit, קִצְבַּד fudit, יִצְגַּר posuit (secunda radicalis est צ).

2. Altera verborum י"פ classis (quibus י est originarium) hoc habet peculiare, ut in imperfecto Kal et in Hiq'il Jod quiescat (§ 12) in vocali praeformativi, quae illic Chirek, hic Sere est; e. g. יִטְבָּה bonus fuit, imperfect. Kal יִטְבָּה, תִּטְבָּה; Hiq'il יִטְבָּה, אִיטְבָּה, יִטְבָּה; Hiq'il יִטְבָּה, הִיטְבָּת, הִיטְבָּת; inf. const. imptv. הִיטְבָּת; perf. הִיטְבָּה, הִיטְבָּה; imperf. יִטְבָּה, יִטְבָּה, iussiv. יִטְבָּה, יִטְבָּה, cum ו consec. ו part. מִטְבָּה.

Secundam classem haec verba constituunt: יִבְשָׁה aridus fuit, יִצְרָר formavit, יִשְׁרָךְ rectus fuit, יִטְבָּה bonus fuit, יִנְקַל lamen-tatus est, יִקְרַב expergefactus est.

Adnot. Haec verba plerumque imperfectum (et imperativum) à adsciscunt. Infinitivus Kal non occurrit nisi יִבְשָׁה aridum esse.

3. Verba י"פ supra non enumerata primitus ordiebantur a Waw (י"פ) tertiamque constituunt classem. De quibus observanda sunt quae sequuntur.

Explicatur paradigmata VI: יִשְׁבָּה habitavit.

4. Imperfectum Kal dupli modo formatur.

a) In octo verbis prima radicalis Jod eliditur et Chirek praef-

formativi, ut in syllaba aperta positum, in Šere producitur; in secunda syllaba Šere ponitur aut occurrente gutturali Paθach, e. g. יִשְׁבֶּן cognoscet. Item in infinitivo et imperativo Kal ' per aphaeresim abicitur; inf. autem (ut in verbis פְּנֵן) terminationem femininam תְּנֵן sive תְּנֵנָה adsumit, e. g. שְׁבָתָה (cum suff. נְעָתִי, שְׁבָתִי); imptv. שָׁבָה (saepe שְׁבָתָה).

Octo illa verba sunt haec: יָלֹד peperit, אֲזַר exiit, דָּרְדָּךְ descendit, יִשְׁבֶּן sedet, habitavit, יִצְּרָעָם scivit, cognovit, יִחְדָּק societatem habuit, עַקְבָּר membrum luxavit, קָלְקָה (קָלְקָה vid. n. 6, adnot. 2) ambulavit.

b) In aliis verbis radicalis Jod in Chirek praeformativi quiescit, vocalis ultimae syllabae est ā. Inf. constr. et imptv. regulariter formantur.

5. In inf., imptv., imperfect. Niφ'el radicalis originaria וְ Daγeš forti geminata retinetur, v. g. inf. et imptv. הַנְּשָׁבֵב, imperfect. יִשְׁבֶּן. Item in Hiθpa"el interdum consonans וְ conservatur, e. g. הַתְּנוּעָה se manifestavit.

6. In perfecto Niφ'el et in coniugationibus Hiφ'il et Hoφ'el Waw originarium in vocali praeformativi quiescit, in perf. Niφ. et in coniugatione Hiφ. in Cholem, in coniugatione Hoφ. in Šurek, e. g. הַנְּשָׁבֵב, הַוְשִׁיב, נְוִשְׁבָה.

Adnot. 1. Nonnulla verba יְפָנֵן ad plures simul classes pertinent, v. g. יְשָׁר rectus fuit, imperfect. יְבָשָׁר et יְשָׁר aridus fuit, imperfect. Hiφ. הָלֹךְ הָזְבִּישָׁר, יְבָשָׁר, Hiφ. peperit, imperfect. יְצָר, inf. Hoφ. הָלֹךְ הָלְקָה formavit, imperfect. יְצָר וְיְצָר et יְצָר.

Adnot. 2. Verbum ivit antiquitus fuit קָלְקָה, a qua radice derivantur formae exceptis perfecto, participio, infinitivo absoluto Kal, v. g. Kal inf. constr. קָלְקָה, cum suff. לְבָתִי קָלְקָה, imptv. קָלְקָה (וְקָלְקָה), imperfect. קָלְקָה וְקָלְקָה (וְקָלְקָה), Hiφ. perf. קָלְקָה.

§ 45. Verba mediae geminatae עַיְלָה (‘Ajin-‘Ajin).

Explicatur paradigmata VII: סְבָב (se) vertit.

Verba עַיְלָה ita declinantur, ut quantum fieri potest secunda cum tertia radicali contrahatur.

Adnot. Sunt viri docti, qui doceant verba עַיְלָה, עַיְלָה, עַיְלָה primitus monosyllaba fuisse, postea vero verba עַיְלָה geminata secunda radicali triliteralia facta esse, verba עַיְלָה et עַיְלָה confirmata stirpis vocali maiorem vim accepisse.

1. Secunda cum tertia litera non contrahitur, cum vocales eius nequeunt (h. e. in inf. absol. et part. Kal) aut media radicalis duplicata est (h. e. in coniugationibus Pi"el, Pu"al, Hiθpa"el). In ceteris formis litera geminata semel tantum scribitur et Daγeš forti denotatur; unde verbi stirps monosyllaba fit. In consonante finali Daγeš forte poni non potest (§ 7, adnot. 1); illic tantum appetet,

ubi stirps afformativo praedita est, e. g. perf. Kal sing. 3. m. סָבֶה, 3. f. סָבַת.

Adnot. Verba transitiva saepe in perf. Kal non contrahuntur, e. g. בְּזִוֵּג rapuerunt, בְּזִוֵּג rapuimus. Interdum in imperf. Kal, Hiφ'il, Hoφ'al secunda radicalis primae adsimilatur, e. g. יִסְבֶּב, יִסְבֶּב (contracta ex jisboβ, jasbiβ, jøsbaβ); quae „formae aramaicae“ regulariter declinantur.

2. Stirps monosyllaba facta illa vocali notatur, quam verbi regularis eadem forma in ultima habet stirpis syllaba, e. g. סָבֶב (סָבֶב), imptv. סָבֶב (סָבֶב); excipiuntur inf., imptv., imperf. Niφ., quae Paθach pro Šere adsciscunt pro הַסָּבֶב, coniugatio Hiφ., quae Šere pro Chirek adsumit: pro הַסָּבֶב part. הַסָּבֶב.

3. Praeformativa stirpis monosyllabae, ut syllabae apertae et ante accentum positae, longis notantur vocalibus; in perf. Niφ. et in imperf. Kal verborum transitivorum ponitur Kames: imperf. קָמֵשׁ, perf. Niφ. נָסַב; in imperf. Kal verborum intransitivorum, in perf. et part. (!) Hiφ'il Šere, in ceteris formis Hiφ. Kames, e. g. imperf. Kal עַרְעַל malus erit (sed עַרְעַל franget), Hiφ. perf. הַסָּבֶב, part. הַסָּבֶב, imperf. Hoφ. Šurek: הַיְסַבֵּב (וַיְסַבֵּב); in Hoφ. Šurek: הַיְסַבֵּב.

4. Ante afformativa a consonante incipientia vocalis interponitur auxiliaris: Cholem plenum in perf., S'yol cum Joδ quiescenti (—) in imperf. et imptv., e. g. תְּוֹפְּנִינָה סָבֶבֶת et תְּוֹפְּנִינָה. Quae vocales auxiliares cum afficiantur accentu, voeales praeformativorum, Kames et Šere, ut non iam ante accentum positae, eiciuntur; Šurek tamen, quia plene scriptum est, non mutatur, v. g. Niφ. נָסַב, 2. m. s. נָסַבָּת. Eadem de causa in imptv. et imperf. Kal et in coniugatione Hiφ. corripiuntur longae stirpis vocales, quae accentu in vocalem auxiliarem amoto in syllaba acuta accentu carenti positae sunt; e. g. imperf. Kal 3. m. s. יִסְבֶּב, 2. et 3. f. pl. תְּסָבִיבָת, Hiφ. perf. sing. 3. m. הַסָּבֶב, 2. m. הַסָּבֶבָת, imperf. sing. 3. m. יִסְבֶּב, plur. 3. et 2. f. תְּסָבִיבָת.

Adnot. Eadem ratione et praeformativum et stirpis vocales mutantur, cum suffixa addenda sunt, quia tunc quoque accentus a stirpe amovetur, e. g. יִסְבֶּבָנִי; pro ū saepe ḥ ponitur, e. g. יְחִנָּנוּ miserere mei, miserebitur nostri.

5. Ad afformativa הַ—, יַ—, וַ— horum verborum contra regulam accentus non admovetur; quare ante ea afformativa, quae a vocali incipiunt, in syllaba acuta, sed accentuata vocalis stirpis longa manet, e. g. Kal imperfect. 2. f. sing. תְּתֵכְנִי; Hiφ. perf. 3. f. sing. הַסָּבֶבָה, 3. pl. הַסָּבֶבָת, imperf. 2. f. sing. תְּתֵכְנִי.

6. In coniugationibus Pi"el, Pu"al, Hiφpa"el verborum y"y media radicalis Dayeš forti duplicanda ideoque ter ponenda est. Quae

formae interdum usu veniunt (v. g. רָגַן *iubilavit*, לְלִקְדָּשׁ *maledixit*), at plerumque ita vitantur, ut producta primae syllabae vocali coniugationes *Po'el*, *Po'al*, *Hiθpo'el* formentur, quae regulariter flectuntur. Quibusdam autem verbis prima stirpis syllaba duplicatur, atque sic coniugationes existunt, quae *Pilpel* et *Hiθpalpel* dicuntur, e. g. גָּלַגְלֵל *volvit*, Hiθpalpel הַתְּגַלְגֵל *se volvit*, a radice גָּלֵל.

§ 46. Verba וְ (Ajin-Waw).

Explicatur *paradigma VIII A: קִים surgere.*

Huc ea verba pertinent, quorum media radicalis olim וְ fuisse videtur, nunc vero aut omittitur aut in vocalibus וְ vel וְ quiescit. Ad eorum proprietates explicandas plurimum iuvabit haec verba cum verbis 'Ajin-'Ajin comparare.

Adnot. Verba וְ (et וְ, § 47) semper in infinitivo citantur, in quo tres radicales apparent.

1. Verbum קִים cum verbo סַב has anomalias communes habet:

a) Radix declinatione biliteralis et monosyllaba fit.

b) Praeformativis eaedem longae vocales subscribuntur atque praeformativis verborum וְ: in imperf. קָל, in perf. נִקְּלָה, in inf., imptv., imperf. הִקְּלִיל *Kames*, in imperf. קָל paucorum verborum intrans., in perf. atque etiam in part.(!) הִקְּלִיל *Sere*, in Hoφ'el *Šurek*.

c) Loco coniugationum Pi"el, Pu"al, Hiθpa"el formantur coniugationes Polel, Polal, Hiθpolel (קִומֶם קִומֶם הַתְּקוּמֶם), quae cum formis Po'el, Po'al, Hiθpo'el verborum וְ congruunt.

d) Ante afformativa הַ, וְ, יְ a vocali incipientia, excepta coniugatione Hoφ'el, accentus in syllaba radicali persistit, e. g. קָמָה, קָמָה, at קָמָה.

e) Ante afformativa a consonante incipientia vocales auxiliares וְ in perf., וְ in imperf. inseruntur, attamen solummodo in *imperf. Kal* et in *perf. Niφ'el* et *Hiφ'il*. Quae vocales insertae cum accentum ad se trahant, vocales praeformativorum in Š°wa mobile vel Chaṭeq mutantur, e. g. imperf. Kal 3. f. pl. תְּקִימִנָה, Niφ. perf. 2. m. sing. נִקְיָמָת, Hiφ. perf. 2. m. sing. הַקִּימָת (contra perf. Kal 2. m. sing. תְּקִמָה).

Adnot. Eodem modo ante suffixa vocales praeformativorum attenuantur in Š°wa, e. g. יִשְׁבַּנִי *reducet me*, הַשְׁבִּינוּ *reduxit eum* (sed in syllaba aperta ante accentum posita שְׁמַנֵּי *posuit me*). Ante afformans גְּנָה in imptv. Kal et in imperf. Niφ. וְ vel וְ in —; in imperf. Hiφ. יְ in — mutatur, e. g. תְּקִמָה, תְּקִמָת.

2. Verba וְ in stirpe monosyllaba facta plerumque longiores habent vocales quam verba וְ:

a) Perfectum קָל habet Kameš, perf. intransitivorum nonnunquam Šere vel Cholem, v. g. קָם מַת mortuus est (מַתָּה, מַתָּה), אוֹר luxit. Inf., imptv., imperf., part. pass. קָל haben Šurek vel Cholem: inf. et imptv. בָּזָא קִים venire, veni; imperf. יְבָזָא יִקְים; part. pass. קִים; iussivus קָל Cholem adsumit, imperf. cum Waw consecutivo קָמֵשׁ-חָתָעַף, raro קִבְבָּשׁ, v. g. וְקִבְבָּשׁ, וְיִקְבָּשׁ. Part. act. קָל habet Kameš, part. verborum intransitivorum interdum Šere vel Cholem: קָם, מַתָּה, אוֹר.

b) Niq'al adsciscit Cholem, quod translato accentu in Šurek mutatur: perf. נִקְםָתָה נִקְמָה, imperf. נִקְמָה.

c) Hiq'il servat Chirek magnum: perf. הַקִּים, imperf. יְקִים, iussivus יִקְםָה, imperf. consec. נִקְמָה.

Adnot. Interdum a verbis יְנִי formae quaedam ratione aramaica i. e. prima radicali geminata derivantur, e. g. נוֹתֵן quiescere, Hiq. quietum reddidit, הַנִּתֵּן (forma aram.) posuit. — Non omnia verba, quorum media radicalis est litera נ, anomala sunt, sed in nonnullis Waw consonantis vim retinet, imprimis in omnibus, quorum ultima radicalis est ה, e. g. צָוָה, Pi. קָוָה mandavit; Pi. קָוָה exspectavit; etiam גְּלָעָה, imperf. morietur.

§ 47. Verba יְנִי ('Ajin-Jod).

Explicatur paradigma VIII B: בֵּין animadvertere.

Verborum יְנִי perf. קָל eodem modo formatur, quo verborum יְנִי. Nonnulla tamen verba in perfecto קָל vocali ה adsumpta formas efficiunt, quae videntur esse coniugationis Hiq'il abiepto praeformativo ה, e. g. בִּינְתִּי, בִּינְתִּי, רִיבְתִּתְהַבְּגָן litigas.

In infinitivo, imperativo, imperfecto קָל eiusmodi formae maxime usitatae sunt. Ceteras formas verba יְנִי eodem modo efficiunt, quo verba יְנִי, v. g. נְבָזָן, נְבָזָן. הַתְּבִזְגָּן, הַבִּין, בִּינְתִּי.

Adnot. Sunt verba יְנִי, quae formas a radice יְנִי derivatas aut non admittant aut raro, velut רִיב altercari, בִּין iudicare, שִׁישׁ laetari, שִׁתְהַבְּגָן ponere.

§ 48. Verba נְלִי (Lamed-Aleph).

Sine paradigmate.

De verbis, quorum tertia radicalis est נ, haec observanda sunt:

a) נ quiescit, quotiescumque in exitu verbi positum est. Quare Pañach ultimae syllabae in Kameš producitur. Imperativus et imperfectum קָל verborum נְלִי semper a requirunt.

b) Ante omnia affomativa, quae a consonante incipiunt, נ in perf. in Šere (excepto perf. Kal med. a, quod Kameš habet), in imptv. et imperf. in Šeγol quiescit.

c) Ante ea affomativa, quae a vocali incipiunt, נ in initio syllabae positum vim consonantis conservat; quare formae manent

regulares. Exempla sunt: קָל perf. sing. 3. m. מִצְאָה *invenit* 3. f. מִצְאָה, 2. m. מִצְאָת; imperf. sing. 3. m. אִמְצָא, plur. 3. m. אִמְצָא, 3. f. נִמְצָא. — נִפְאֵל perf. sing. 3. m. מִצְאָת, 3. f. מִצְאָה, 2. m. מִצְאָת. — הִפְאֵיל perf. sing. 3. m. הַמִּצְאָה, 3. f. הַמִּצְאָה, 2. m. הַמִּצְאָה; imperf. sing. 3. m. יִמְצְּיאָ, plur. 3. m. יִמְצְּיאָ, 3. f. תִּמְצְּאָנָה.

Adnot. נֶ quiescens interdum non scribitur, e. g. מִצְחָי *inveni*. Verba נֶ cum verbis הַלְּ proxime cognata sunt, quare formae eorum nonnunquam inter se commutantur, velut verbum קָרָה *obviam* *venit* non raro easdem habet formas, quas verbum קָרָא *vocavit*, hoc easdem, quas illud. (לִקְרָאת, inf. constr. קָל cum praefixo לְ loco adverbii adhibetur: *obviam*).

§ 49. Verba הַלְּ (Lamed-He).

Explicatur paradigmata IX: גָּלַה *revelavit*.

Verba, quorum tertia radicalis est הַ (unde nomen הַלְּ), olim erant וְלַ (quaedam וְלוֹ), quorum paucae supersunt formae, e. g. שָׁלַחֲ *quievit*, שָׁלֹוחֲ.

1. Cum הַ in exitu verbi positum est, haec observanda sunt:
 - a) הַ *quiescit* in perfectis in קָמֵשׁ: גָּלַה, גָּנָלַה, גָּלָה etc.;
in infinitivis absolutis in חִוֵּלֶם aut in שֵׁרֶת: הָגָלַה, גָּלַה etc.;
in imperativis in שֵׁרֶת: גָּלַה, הָגָלַה, גָּלָה etc.;
in imperfectis et participiis (excepto part. pass. קָל) in סֵגֶל: גָּלַה, גָּנָלַה, גָּלָה etc.;
b) in part. pass. קָל 'originarium' conservatur: גָּלוּ;
 - c) in infinitivis constructis locum consonantis הַ tenet *terminatio* זֹת: גָּלוֹת, גָּלוֹת etc.

2. Ante ea afformativa, quae a consonante incipiunt, loco literae הַ restituitur 'originarium, quod quiescit in *perfectis* in Chirek aut in שֵׁרֶת (in קָל in Chirek, in פְּעַל et הְוַעַל in שֵׁרֶת, in ceteris coniugationibus vel in Chirek vel in שֵׁרֶת), in *imperativis* et *imperfectis* in סֵגֶל, e. g. תְּגַלֵּית, הָגָלִית, תְּגַלֵּינה, הָגָלִינה.

3. Ante ea afformativa, quae a vocali incipiunt, הַ evanescit, e. g. גָּלוּ, גָּלוּת. In 3. f. sing. perfecti (omisso הַ) antiqua terminatio feminina תְּ— apponitur (*gālāt*). Haec tamen forma nisi ante suffixa (cf. n. 5) immutata manere non solet — rarum exemplum legitur Lev. 25, 21 וְעַשֵּׂת *et faciet* — sed augetur terminacione feminina posteriore הַתְּ, e. g. גָּלוּתָה.

4. In iussivo et imperfecto consecutivo omnium coniugationum plerumque abicitur (per apocopen) הַ cum סֵגֶל, cui formae nomen datum est *imperf. apocopatum*; item formatur interdum *imperativus apocopatus* omisso הַ cum שֵׁרֶת, e. g. Niφ. פִּילְגָּל a גָּלוּת a צְוָה *iube*. Qua ratione cum in coniugationibus Kal et

Hiq'il formae oriuntur trium consonantium, unius vocalis, ad formandam novam syllabam plerumque vocalis auxiliaris *S'gol*, occurrente gutturali *Paθach* inseritur, e. g. imperfect. Kal **וְגַלְהָ** apoc. **וְגַלְלָה** (pro **וְגַלְלָה**); שָׁאָה *vidit*, iussivus Kal **וְשָׁאָה**; שָׁחָה *fecit*, imperfect. Kal **וְשָׁחָה**, cum Waw consec. **וְשָׁחָה**; נִצְחָן *et castra posuit*.

Adnot. 1. Vocalis auxiliaris hic illic omittitur, v. g. **וְיִפְרֹחַ** *et deceptus est*, **וְיִפְרֹחַ** *dilatet*, **וְיִרְחַ** *subiciat*.

Adnot. 2. Chirek praeformativi in imperfect. apoc. Kal, quia inserta vocali auxiliari in syllaba aperta positum est, saepe in Šere producitur (§ 17, 2, a) v. g. **וְיִרְאָה** *videat*, **וְיִתְפְּלַעַן** *et se vertit*. Interdum etiam vocali auxiliari non posito (in syllaba bis clausa) Chirek in Šere producitur, v. g. **וְיִקְרַבֵּן** *et flevit*. Ante נ nonnunquam pro Chirek ponitur Paθach, e. g. **וְיִרְאָה** *et vidit* (eadem forma coniugationis Hiq'il significat: *et fecit, ut videret; ostendit*).

Adnot. 3. Praeformativa imperfect. et imptv. apoc. Hiq'il *S'gol* pro Paθach adsumunt, v. g. **וְיִגְלַל** (pro **וְיִגְלַל**) *et in exsilium duxit*, **וְהַרְחַף** (pro *harp.* **הַרְחַף**) *cessa, desine, תְּרַבֵּב* (pro *harb.* **תְּרַבֵּב**) *multiplica*. Cum verbum simul est primae gutturalis, in Kal et Hiq'il saepe eaedem oriuntur formae, e. g. **וְעַלְהָ** *ascendit*, imperfect. Kal et Hiq'. **וְעַלְהָ**, imperfect. consecut. **וְעַלְלָה**, Kal: *et ascendit*, Hiq': *et sursum duxit, immolavit*.

Adnot. 4. Imperfecta Kal verborum **וְיִהְיֶה** *fuit* et **וְיִהְיֶה** *vixit* sunt et apoc. **וְיִהְיֶה** (pro **וְיִהְיֶה**) et **וְיִהְיֶה** (pro **וְיִהְיֶה**) in pausa; **וְיִהְיֶה** (pro **וְיִהְיֶה**) cum ו consec. *et erat*, cum ו copulat. **וְיִהְיֶה** *et sit*.

Adnot. 5. Verbum **וְשָׁחַחַ** *flexit* loco Hiq'pa^{el} formam habet Hiq'pa^{lel}; ultima enim radicalis duplicatur, priore tamen loco pro ה appears originarium ל, e. g. **וְשָׁחַחַה** *se inclinavit, adoravit*, imperfect. 3. m. sing. **וְשָׁחַחַה**, apoc. **וְשָׁחַחַה** *pro* **וְשָׁחַחַה**, 3. m. pl.

5. Cum suffixa apponenda sunt, ו cum vocali sua eliditur, e. g. עֲנָנוּ (sed non contrahitur in 'anō) *exaudivit me, eum*. In 3. f. sing. perf. suffixa terminationi primitivae תְּ affiguntur, e. g. עֲנָנוּ. In 3. m. sing. et 3. plur. perf. Kal Kameš ante accentum positum non eliditur, e. g. **רָאַתִּי** (sed **רָאַתִּי**).

§ 50. De quorundam verborum proprietatibus.

1. Nonnulla verba propter radicalium suarum naturam duplificem aut triplicem anomaliam exhibent.

Verbum **נִכָּה** est simul **וְהַפְּנִים** et **וְלַהֲ**, unde de tota radice subinde nil restat nisi כ; Hiq. **הַבְּהָ** *percussit*, impf. **וְבְהָ**; **וְבְהָ**, imptv. **הַבְּהָ**; inf. constr. **הַכּוֹת**.

הַטְּמַה *extendit, inclinavit* (**וְהַטְּמַה** et **וְלַטְּמַה**), impf. **וְטַמֵּה**, imptv. **וְטַמֵּה**, inf. constr. **הַטְּמַה**.

וְיִהְיֶה *fuit* (prim. gutt. et **וְיִהְיֶם** (**וְהַיְתֶם**)), impf. **וְיִהְיֶה**, iuss. **וְיִהְיֶה** (**וְיִהְיֶה**); eodem modo flectitur **וְיִהְיֶה** *vixit*.

נִשְׁאָה *elevavit, portavit* (נִשְׁאָה et נִשְׁאָה), impf. נִשְׁאָה, imptv. נִשְׁאָה, inf. נִשְׁאָה שְׁאַת (לְשְׁאַת). **יֹצֵא** *exit* (יֹצֵא et יֹצֵא), inf. יֹצֵא, imptv. יֹצֵא, impf. יֹצֵא. **וְזָה** (זָה פִי) *יהודה laudavit, impf. יהודה docuit,* imptv. יְזָה. **וְרָה** *iecit, Hiq. הָרָה docuit, impf. הָרָה peperit, פֶרֶה fi'it.*

2. Verba irregularia eiusdem radicis interdum in variis classibus inveniuntur et secundum varia paradigmata flectuntur aut eadem aut diversa significatione, v. g. **גָּדָד**, **גָּדָד fugit, frangere,** **פָּרָא** et **פָּרָה peperit, פָרָה fi'it.**

3. Aliquot verba in certis tantum formis adhibentur et verbis cognatis supplentur. Quae dicuntur verba defectiva, v. g. **טוֹב bonum esse, impf. יִטְבֶּה יִנְרַב;** *timuit, impf. גָּרַב יִגְּרַב* (גָּרַב).

§ 51. De verbis infirmis recte distinguendis.

Cum sublatis afformativis et praeformativis radix superest duarum consonantium, verbum subesse agnoscitur aut יְנִפְעָל, aut יְנִפְעָל, aut יְנִפְעָל, aut יְנִפְעָל, aut יְנִפְעָל.

1. Verba יְנִפְעָל eo cognoscuntur, quod prior duarum, quae supersunt, consonantium Dayeš forti notata est (cf. tamen § 7, adnot. 2). Duabus igitur radicalibus נ anteponendum est, ut verbum in lexico reperiatur. Quodsi sub litera Nun non appareat, suspicandum est latere verbum יְנִפְעָל adsimilans; perraro cogitandum est de verbo יְנִפְעָל (§ 45, 1, adnot.).

2. Verba יְנִפְעָל (2. et 3. classis) radicem monosyllabam in inf., imptv., imperf. Kal et Hiq'il ostendunt; quae formae facile cognosci possunt ex punctatione (ē vel ī vel ī in praeformativo Kal, ē, ô vel ô in praef. Hiq'il). Inf. constr. Kal saepe in נִפְעָל (נִפְעָל) desinit. Cavendum est tamen, ne verba יְנִפְעָל cum verbis יְנִפְעָל confundantur.

3. Verba יְנִפְעָל et יְנִפְעָל facillime confundi possunt cum verbis יְנִפְעָל in imptv. et imperf. Cognoscuntur autem verba יְנִפְעָל vocali praeformativi Kameš vel Šere, Dayeš forti secundae radicalis et vocalibus auxiliaribus יְנִפְעָל et יְנִפְעָל. Deinde verba יְנִפְעָל et יְנִפְעָל confundi possunt cum verbis יְנִפְעָל; attamen verborum יְנִפְעָל propriae sunt vocales longae praeformantium et radicum.

4. Verba יְנִפְעָל et יְנִפְעָל cum verbis יְנִפְעָל confundi possunt; in multis autem formis verba יְנִפְעָל et יְנִפְעָל cognoscuntur longioribus stirpis vocalibus (§ 46, 2), verba יְנִפְעָל Dayeš forti secundae radicalis, vocalibus auxiliaribus יְנִפְעָל et יְנִפְעָל.

5. Multae formae verborum לְהָ conspicuae fiunt regulari praeformativi et primae stirpis syllabae formatione, cum litera נ sine ulla stirpis mutatione ante affomativa a vocalibus incipientia

elidatur. Formae imperativi et imperfecti apocopatae usu frequenter facile cognoscentur vocalibus Chirek, Sere, Paθach praeformativorum.

Adnot. Regulae de verbis distinguendis his versibus continentur:

Abice serviles, et tres si forte supersint,

Radicem vocis noveris esse tuae.

Sin tantum remanere duas conspexeris, adde

ג vel ח fronti, י vel ו medio,

נ vel נ postpone aut conduplicato secundam:

Prodibit radix hinc genuina tibi.

Unica si restat, ג vel י addito fronti,

נ fini: radix inde petita venit.

C. De nomine.

§ 52. De nominum formatione, genere, numero.

1. Plurima nomina ad instar verborum e radice derivata ternas habent consonantes binasque vocales. Eiusmodi nomen appellatur *nomen nudum*. Sin autem ad nomen formandum radici literae quaedam aut antepositae sunt aut postpositae, oritur *nomen auctum*. Nominibus derivandis inserviunt literae נ, נ, י, י, מ, ג, ת, quae literae serviles vel a voce memoriali נָמְנָה literae heemanticae dicuntur.

2. Nomen aut masculini aut feminini generis est. Neutrius quod dicitur generis propria forma non invenitur. Masculinum peculiari terminatione non utitur, feminine terminationibus נ— et נֶ— (rarius י—, יֶ—, ת—, תֶ—). Neque tamen omnia feminine una ex his terminationibus instructa sunt.

3. Praeter singularem et pluralem numerum Hebraei dualem quoque peculiari terminatione exprimunt; qui tamen in usu non est, nisi ad significandas res, quae natura binae sunt, velut oculos, manus, etc.

4. Substantiva et adiectiva easdem habent formas. Femininum adiectivorum formatur apposita terminatione נ—, e. g. בּוֹן bonus, טּוֹבָה bona. Non adest forma specialis comparativi aut superlativi (v. infra § 83, A et B). Pariter adverbiorum a substantivorum forma non differt.

§ 53. De nominum casibus.

Hebrei olim nominativum, genetivum, accusativum significabant terminacionibus *u*, *i*, *a*; nonnulla huius declinationis indicia adhuc exstant (v. infra n. 3; § 54, adnot.). Postea autem *casus nominum* alio modo exprimebantur.

1. Dativus formatur praefixa praepositione לְ. Ea vero nominum relatio, quae in lingua latina ablativo designatur, ab Hebrais praepositionibus בְ (per) et מִן (ab) exprimitur. Si nomen articulum habet, antepositis literis לְ et בְ litera ה omittitur atque praepositio vocalem articuli adsumit, e. g. דָבָר verbum, dat. לְדָבָר; תֹּוֹרָה verbum, dat. בְּתֹרָה vis, הַעֲזָרָה vi. Praepositio מִן articulum intactum patitur.

Adnot. שָׁוָא mobile praepositionum לְ, בְ ante שָׁוָא aliud in i mutatur (qui escit in i), ante Chatəφ autem in vocalem correspondentem, e. g. לְשָׁלְמָה Salomoni, בְּחַלֵּי (bəch̥l̥i) in morbo, בְּיַרְיחֹו in Jericho. Ante syllabam accentuatam (imprimis ante inf. constr.) praefixa saepe קָמֵשׁ adsciscunt, e. g. לְבָטֵחַ in securitate (לְרָכֶת ad descendendum).

מן non est particula separata nisi ante articulum, e. g. מִן־הָאָרֶץ e terra (sed scribitur quoque מִהָּאָרֶץ). Alias plerumque מִן cum nomine sequenti coniungitur et Nun primae consonanti adsimilatur (מִן), ante gutturales et ר semper fere adhibetur forma מִן; cum litera Jod שָׁוָא mobili ornata (י) coalescit in מִי, e. g. מִבֵּית e domo, מִן־אָדָם ab homine (sed מִחִינָּה foris), מִיהוּדָה e Juda. De nominibus divinis nota: בְּאֱלֹהִים (pro מִאֱלֹהִים), לְאֱלֹהִי, בְּאֱלֹהִי, sed מִאֱלֹהִים.

2. Accusativus aut simplici nominis forma exprimitur aut, cum nomen aliquo modo definitum est, praepositione אֶת sive אֲתָה, v. g. אֶת־הָבָרֶךָ vel אֶת verbum sive rem, אֶת־הָאִישׁ virum, אֶת־הָאִישׁ David, אֶת בֶּןְךָ filium eius.

3. Vetusta accusativi terminatio הַ ad significandum locum (ubi) vel directionem (quo) saepe retinetur; hoc *He locale*, quod dicitur, nunquam accentuatur, v. g. הַבְּיִתְהָ domum (a בֵּית), אֲרֹצָה בְּיִתְהָ terram (ab אָרֶץ vel בְּבָלָה Babylonem vel Babylone).

§ 54. De statu constructo (genetivo).

Nomen ab alio nomine pendere Hebrei aliter atque nos designant. Non enim nomen rectum, quod nobis genetivus est, mutant, sed nomen regens; hoc enim omissio accentu cum nomine recto in unam quasi vocem cogitur, v. g. דבר יהוה verbum Domini, כָּל־הָעָם universitas populi, יָם־מִלְחָמָה mare salis (cf. germanicum „ein (das) Stück Brot“). Quae sic exoritur nova nominis regentis forma, status constructus dicitur, cum primitiva nominis forma status absolutus nominetur. Plerumque status constructus vocalibus brevior est, nominibus multis tamen in utroque statu est eadem forma, sed nunquam statui constructo articulus praefigitur, v. g. סִימָן equus, מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל סִימָן rex Israelis.

Adnot. Interdum ad genetivum designandum primitiva terminatio הַ retenta est, e. g. secundum ordinem Melchisedech; perraro occurrit litera compaginis ה, e. g. חַיָּתָה אָרֶץ animalia terrae.

§ 55. Quatenus nomina masculina ad formandum statum constructum mutantur.

Paradigmata XII et XIII, 1.

1. Nomina non pauca, quae in radice vocales immutabiles habent, in formandis statu constructo, numeris et plurali et duali (genere feminino adiectivorum), necnon ante suffixa apponenda prorsus immutata manent (cf. paradigm. XII).

Kameş autem et Sere, quae in duabus ultimis syllabis vel saltem in altera earum inveniuntur, vario modo mutantur; cuius mutationis regulae generales sunt hae duae:

a) Si accentus uno loco promovetur, ā et ē in secunda ante accentum syllaba in Š^owa mutantur; in syllaba autem aperta ante accentum ā et ē immutatae manent; in syllaba denique clausa (ante בָּם et בְּן) in Paθach abbreviantur.

b) Si accentus duobus locis promovetur, ā et ē syllabae ante accentum paenultimae in Š^owa vertuntur; sin autem tertio loco ante accentum aliud Š^owa iam invenitur, hoc in ī vel (sub gutturalibus) in vocalem correspondentem transit. Simili modo ā et ē mutantur, cum in statu constructo accentus principalis in vocem sequentem transilit.

2. Ad statum constructum formandum Kameş et Sere ultimae nominum syllabae (clausae et accentu parentis) in Paθach abbreviantur, paenultimae autem syllabae in Š^owa mutantur, e. g. בְּרִי verbum, stat. constr. בְּרִי; בְּנִי senex, stat. constr. בְּנִי. Gutturales hic quoque non simplici, sed composito Š^owa ornantur, e. g. חַצֵּר atrium, stat. constr. חַצֵּר, אֲנָתָּה ramus, stat. constr. אֲנָתָּה.

Ad not. Sere ultimae syllabae participiorum in stat. constr. non mutatur (cf. § 69); item Sere retinetur in nonnullis nominibus, praesertim in monosyllabis, e. g. עֲקָב calcaneum, stat. constr. עֲקָב; עֲדָע testis, stat. constr. עֲדָע. Interdum etiam Kameş immutata manet, e. g. אֲבָצָץ exercitus, stat. constr. אֲבָצָץ (א quiescens!).

§ 56. De plurali masculinorum.

Pluralis masculinorum formatur apposita terminatione מִן.— (raro יְנִין—) ad statum constructum sing., v. g. פְּקִידָה praepositus, stat. constr. פְּקִידָה, plur. פְּקִידִים. Si vocalis ultimae syllabae propter statum constructum correpta erat (§ 55), (in syllaba aperta ante accentum) rursus producitur aut in Kameş aut in Sere (§ 17, 2, a), e. g. בְּרִי, stat. constr. בְּרִי, plur. בְּרִים, בְּרִי, stat. constr. בְּרִי, plur. בְּרִים.

§ 57. De duali.

Dualis formatur adposita ad stat. constr. sing. terminatione יְ-ים, e. g. קָנַף *ala*, stat. constr. קָנַפִּים, dual. בְּנַפִּים.

§ 58. De statu constructo pluralis et dualis.

Forma status constructi in plurali et duali masculinorum eadem est. Formatur enim mutata terminatione יְ-ים vel יְ-יְם in יְ-יְם. Cum accentus in vocem sequentem transeat, Kameš et Šere syllabae paenultimae eliduntur; e. g. מְשֻׁפְטִים *iudicia*, stat. constr. מְשֻׁפְטִי. Quod si duo Šwa in nominis initio concurrunt, prius in Chirek mutatur, sub gutturalibus autem in vocalem correspondentem, plerumque in Padach (§ 18, 2), e. g. חֶבְרִי, plur. חֶבְרִים, stat. constr. חֶבְרִי; atrium, plur. stat. constr. חֶצְרִים. Alia quoque nomina in stat. constr. plur. vel dual. ā loco i adsumunt, e. g. קָנַפִּים *alae*, stat. constr. קָנַפִּי.

§ 59. Quomodo nomina feminina mutentur.

Paradigma XIII, 2.

1. In statu constructo nominum femininorum terminatio הַ- vertitur in תַּ, e. g. מֶלֶכֶת *regina*, regina Aegypti; Kameš et Šere in syllaba paenultima mutantur in Šwa, e. g. עַזְתָּה *consilium*, stat. constr. עַזְתָּ. Šwa in syllaba antepaenultima mutatur in Chirek, ante Chateφ autem in vocalem correspondentem (§ 18, 2, *a* et *b*), e. g. אַזְקָה *iustitia*, stat. constr. אַזְקָתָה; וְעַקְתָּה *clamor*, stat. constr. וְעַקְתָּ; אֲדֹמָה *terra*, stat. constr. אֲדֹמָתָה. Terminaciones femininae תַּ, וַ-תַּ, וְ-תַּ in statu constructo immutatae manent, v. g. מֶלֶכּוֹת *regnum* Chaldaeorum.

2. Pluralis nominum femininorum formatur terminatione הַ- in וְ-תַּ mutata, e. g. שְׂנָה *annus*, plur. שְׂנָות; quod si nomen singulare terminationem femininam non habet, וְ-תַּ simpliciter adiungitur, e. g. בְּנָי *palma manus*, plur. בְּנָיות.

3. Status constr. plur. retinet terminationem וְ-תַּ, Kameš vero et Šere paenultimae syllabae eiciuntur, e. g. שְׂנָות, stat. constr. שְׂנָות. Šwa vel Chateφ antepaenultimae syllabae in Chirek vel in vocalem Šwa compositi mutatur, e. g. אַזְקָות, stat. constr. אַזְקָות; וְעַקְתָּות, stat. constr. וְעַקְתָּות.

4. Dualis e statu constr. singularis formatur apposita terminatione יְ-ים; vocalis syllabae apertae ante accentum positae producitur, e. g. שְׂפָה *labium*, שְׂפָתִים *ambo labia*. Qua ex forma status constructus formatur sicut masculinorum (§ 58): שְׂפַתִּי.

5. Si cui nomini praeter terminationem **הִ** altera quoque est **תִּ**, forma **תְ** ut stat. constr. usurpatur, ex altera autem mutato **הִ** in **וֹתִ** pluralis formatur. Haec regula imprimis de feminino participii activi Kal valet. v. g. קָטַל necans, fem. et קָטְלָת, stat. constr. fem. semper קָטְלָת, plur. קָטְלוֹת; regnum, stat. constr. מֶמְלָכָה, plur. מֶמְלָכּוֹת.

Adnot. Nonnulla feminina in plur. terminationem masc. **D'**— et nonnulla masc. formam plur. fem. **¶** habent. De quo vide lexica.

§ 60. De adiungendis suffixis

1. Suffixa alia habet nomen singulare, alia nomen plurale. Suffixa pluralis distinguuntur a suffixis singularis eo, quod literam ' ante se habent; excipitur prima persona sing., cuius suff. plur. vocali Paθach punctatur: '—. Praeterea distinguuntur suffixa levia et gravia. Gravia suffixa sunt ea, quae clausam efficiunt syllabam, i. e. סָבָב, קָרְבָּן et מָנָה, נָמָן.

2. Suffixa nominis genetivum designant ideoque statui constructo adiungenda sunt.

a) Ante levia suffixa singularis vocalis longa status absolutus restituitur, quia in syllaba aperta ante accentum posita est. Suffixa autem gravia ultimam radicis consonantem non ad se attrahunt, quare ultima radicis syllaba clausa et brevis manet, e. g. **דָבָרֶךְם** *d^əbär-χém*, **זָקָנֶךְם** *z^əkän-χém*.

b) Ante suffixa pluralis levia nomina masculina in ultima stirpis syllaba, quae est aperta et ante accentum posita, longas radicis vocales adsciscunt; in paenultima autem syllaba, si mutabilem habet vocalem, Š^awa ponitur. Ante suffixa pluralis gravia status constructus plur. non mutatur.

Nomina feminina omnia pluralis suffixa ad stat. constr. plur. adsumunt; itaque pluralis dupli modo (terminatione וֹת et forma suffixorum plurali) significatur; pro 3. persona plur. tamen suffixa singularis apponuntur, e. g. חֲקָוֶתָם, חֲקָוֶתֵן *leges eorum, earum* (postea etiam חֲקָוֶתִים).

c) In duali suffixa pluralis cum stat. constr. coniunguntur; attamen ante suffixa levia ponuntur Kames et Š^owa sicut in plurali, e. g. labia, stat. constr. שְׁפַתִּי, שְׁפַתִּים, שְׁפָתִים.

Adnot. Eodem modo ac nomina triliteralia monosyllaba quoque quaedam tractantur; v. g. יָד manus, stat. constr. יָדָם (plur. יָדּוֹת, stat. constr. יִדּוֹת), dual. יְדַיִם, stat. constr. יְדֵיִם sanguis, stat. constr. דָמֶךְ; לְמָם, stat. constr. יְמָם nomen, stat. constr. שֵם vel שֵׁם plur. דָמְכָם; plur. דָמִים שֵם nomen, stat. constr. שְׁמוֹת שְׁמָךְ (in pausa שְׁמָךְ); plur. שְׁמוֹת עֵץ arbor, stat. constr.

עֲצֵי; plur. עֲצִים, stat. constr. עַצֵּי. רָע amicus, stat. constr. רָע; plur. רָעִים, stat. constr. רָעֵי (§ 55, 2, adnot.).

§ 61. De nominibus segolatis.

Paradigma XIII, 3.

1. Leges peculiares vigent de *nominibus segolatis*. Stirpes enim horum nominum (abiecta terminacione nominativi originaria *u*) olim monosyllabae erant in duas consonantes exeuntes, velut קְטַל, קְטַל, קְטַל (קְטַל). Sed facilioris pronuntiationis causa (§ 18, 1) plerumque adsumpta est vocalis auxiliaris *S'yal* vel occurrente gutturali *Paθach*. Quare cum syllaba stirpis aperta fiat, vocalis radicis producitur et saepe mutatur; ideoque formae typicae nominum segolatorum nunc sunt לְקָנָה, לְקָנָה, לְקָנָה, concurrente autem gutturali פְּעַל, פְּעַל, פְּעַל; anterior syllaba cum accentu pronuntianda est.

Quod si litera quiescibilis adest, formae efficiuntur, ut רֵיחַ spiritus, יְתִיר oliva, פְּרִיךְ fructus (§ 65, 66). Cum secunda litera radicalis eadem est ac tertia, vocalis auxiliaris non admittitur, sed duae consonantes aequales semel tantum scribuntur, et cum consonans finalis *Dageš* forti non possit notari, radicis vocalis plerumque producitur, v. g. מֵרֶם mare pro מֵרֶם; אֶמֶר mater pro מֵמֶר; הַלְּex lex pro הַלְּex (§ 67).

Ad not. In pausa vocalis ā (vel ē) formae לְקָנָה plerumque in ā prolongatur, e. g. אַרְצָה terra, in pausa אַרְצָה (etiam cum articulo semper אַרְצָה); alia tamen nomina, e. g. מֶלֶךְ rex, צְדָקָה iustitia, in pausa non mutantur.

2. Omittitur autem vocalis auxiliaris, priscaeque formae punctionatio unā vocali in radice posita plerumque rursus apparet, cum ad nominis exitum additamentum aliquod accessit. Itaque adiciendis plerisque suffixis prisca forma inservit; exceptiones quasdam vide in § 63.

Ad not. Ante additamenta adposita interdum ā in ī acuitur (צְדָקָה iustitia, צְדָקָה); sub gutturalibus ex ī saepe fit ē (עַזְרָה auxilium, עַזְרָה). — Forma monosyllaba interdum immutata producta aliquotiens vocali, e. g. גִּיאָ vallis, חַטָּאת peccatum, טַשְׁךְ veritas, אַוְשָׁה vanitas.

§ 62. De nominum segolatorum numeris et statibus.

1. Forma status constructi eadem est ac status absoluti, e. g. מֶלֶךְ rex, stat. constr. מֶלֶךְ; סִפְר liber, stat. constr. בְּקָר matutinum, stat. constr. בְּקָר.

2. Omnes formae segolatae in plurali Šewa mobili et Kameš notatae sunt, e. g. מְלָכִים, סְפָרִים, בְּקָרִים. In nominibus, quorum radices vocalem habent *o*, etiam sub literis, quae non sunt gutturales,

interdum scribitur Chaṭeφ-Kameš vel Kameš-chatuφ, e. g. קָדְשִׁים (kōdašim) et קָדְשִׁים (kōdašim) sanctuaria (קָדֵשׁ (kōdesh) (שָׂרָשִׁים (šorašim) radices (§ 4, adnot. 3).

Status autem constr. plur. a prisca forma derivatur omisso tamen Dayeš leni, e. g. מַלְכִי (non malkē), קָדְשִׁי סָפִרִי (non ḥadashim) conturbationes).

3. Terminations *dualis* formae primitivae adponuntur, e. g. אֹנוֹת aures, stat. constr. אֹנוֹת aures.

§ 63. Suffixa segolatis adicienda.

Suffixa singularis priscae adiciuntur formae, v. g. liber meus, sanctitas vestra, גָּדוֹלָה magnitudo eius. Ante suffixa pluralis levia stirps Š°wa mobile et Kameš adsciscit, gravia vero suffixa pluralis ad stat. constr. plur. adponuntur, e. g. סָפִרִי libri mei, מֶלֶכִים reges vestri. In duali denique suffixa pluralis cum forma primitiva coniunguntur, e. g. אֹנוֹת aures eius, אֹנוֹת aures vestrae.

§ 64. De segolatis, quae gutturales continent.

Paradigma XIII, 4.

1. Si media aut ultima formae segolatae consonans est gutturalis, non S°yol, sed Paθach auxiliare adsumitur; sin autem prima radicalis vocali Paθach instructa et media consonans est gutturalis, in prima syllaba Paθach immutatum manet, e. g. נָעַר puer (sed עֲרוֹם semen). Si נ est consonans finalis, S°yol conservatur, e. g. דָּשָׁה viride.

2. Suffixa adiciuntur secundum leges § 63. Attamen sub media gutturali etiam loco Š°wa quiescentis ponitur Chaṭeφ, quod sequente alio Š°wa in vocalem correspondentem mutatur, e. g. נָעָרִי, נָעָרָה; פָּעָלָה, פָּעָלָךְ.

§ 65. De segolatis a radicibus לְהָ derivatis.

Paradigma XIII, 5.

1. Si ex verbo לְהָ nomen segolatum formatur, saepe pro ה retinetur prisca radicalis ', e. g. פְּרִי fructus de פְּרָה fructuosus fuit, חְלִיה morbus a חְלִי morbo laboravit; at interdum tertio loco ה positum est, e. g. גַּעַת amicus, חַזְתָּה vates (§ 69, 3).

2. Si tertia radicalis nominis segolati est ', vocalis Chirek accentu praedita adsumitur; vocalis vero primae syllabae in Š°wa vel Chaṭeφ mutatur, e. g. ex פְּרִי (in pausa), ex fit חְלִי, ex אֲרִי leo fit חְלִי (in pausa), ex אֲרִי (in pausa).

Suffixa singularis etiam hic stirpi (פְּרִי, פְּרָה) adiunguntur; sed ו stirpis ante ה, בְּ in è mutatur, e. g. פְּרִיךְ (in pausa tamen

(פְּרִיכָּה). In statu constructo pluralis dualisque et ante suff. plur. gravia Kameš sub secunda radicali non eliditur.

§ 66. De segolatis a radicibus יְיַ וְיַ derivatis.

Paradigma XIII, 6.

1. Cum in nominibus segolatis (derivatis a verbis יְיַ) media radicalis est *Waw*, plerumque *S'yal* auxiliare adsumitur, vocalis ā primae syllabae in ā prolongatur, *Waw* vera consonans manet, e. g. ex מֹתֶת fit מֹתָת *mors*, ex פְּנִקָּה fit פְּנִיקָּה *medium*. In nominibus mediae radicalis *Jod* (derivatis a verbis יְיַ) vocalis auxiliaris *Chirek* inseritur, ā brevis manet, e. g. ex זִיתָתִּי fit זִיתִי *oliva*, ex בֵּיתָתִּי fit בֵּית *domus*.

2. In statu constructo et ante omnia additamenta litera semi-vocalis cum vocali radicis coalescit, e. g. מֹתִית, מֹתִית. Hic illic tamen in *plurali* יְיַ et יְיַ verae manent consonantes, vocali Kameš et Š'wa praecedenti instructae, e. g. עַלְיָן *fons*, plur. עַלְיָנּוֹת (stat. constr.), שְׂעִירָה *hircus*, plur. שְׂעִירִים, שְׂעִירָה *via*, plur. שְׂעִירִים. In aliis nominibus vicissim iam in statu *absoluto singularis* יְיַ et יְיַ in vocalibus homologenis quiescunt, e. g. רַיְתִּי *flagellum* pro שְׂוֹטֵת, שְׂוֹטֵת *spiritus* pro רַיְתִּי (§ 12, 2); חַיְקָה *sinus*.

§ 67. De nominibus monosyllabis a radicibus יְיַ derivatis.

Paradigma XIII, 7.

Nomina (a radicibus יְיַ deducta), quorum secunda consonans eadem est ac tertia, sunt monosyllaba (§ 61, 1), v. g. יָם *mare*; מָאָת *mater*, יָרָב *robur*; quotiens additamento augentur, in consonante finali Dayeš forte accipiunt correpta vocali, v. g. יָמָתוֹת, אֲמָתוֹת, יָמָתוֹת (שְׁנִים, אֲמָתוֹת, יָמָתוֹת, יָמָתוֹת *dens*), ante Š'wa ō corripitur in ö, חַקְקָה *lex*).

Adnot. His addenda sunt: a) pauca quaedam nomina, quae adsimilato *Nun medio* monosyllaba evaserunt, velut הַר *ira* pro הַרְגָּלָה, unde אֲרָפִי; b) quaedam nomina triliteralia, quorum consonans finalis duplicatur, v. g. גַּמְלָל *camelus*, גַּמְלָלִים.

§ 68. De segolatis femininis.

Paradigma XIII, 8.

1. Terminatione fem. הַ— saepe ex segolatis masculinis nomina feminina formantur, e. g. מֶלֶךְ *rex*, אֶלֶכֶה *regina*. In singulari vocalis stirpis ubique retinetur; in plurali autem eodem modo mutantur vocales atque segolatorum masculinorum; cuncta tamen suffixa pluralis (ut omnium femininorum) statui constructo plur. adiunguntur, v. g. מֶלֶכּוֹת, stat. constr. מֶלֶכִים, מֶלֶכּוֹת (ut מֶלֶכִים, מֶלֶכּוֹת); sed etc.

2. Terminatio fem. נָ־־ָ (occurrente gutturali תָ־־ָ) formas efficit, quarum finis per se est forma segolata; unde in singulari omnino ut segolatae tractatur, v. g. אֶגְרָתָה epistola, אֶגְרָתָכֶם, אֶגְרָתָנוּ, תִּזְכַּת correctio. Pluralis autem discrepat, ut paradigma docet. Nonnulla nomina in stat. absol. consuetam feminini terminationem habent, in stat. constr. autem terminationem segolatam adsumunt; e. g. מֶמְלָכָה regnum, stat. constr. מֶמְלָכָת (§ 59, 5).

§ 69. De formis participialibus.

Paradigma XIII, 9 et 10.

1. Participia vera nomina sunt ac saepe usu loquendi in substantivorum naturam abierunt.

2. Participia קַל, פִּיל, הַיְתָהֵל in statu constr. sing. immutata manent, accendentibus autem additamentis שֶׁרֶת ultimae syllabae in שֹׁwa (vel Chatəφ), ante גּ, בּ, כּ in שֹׁיְל (interdum in Chirek) mutatur, e. g. שָׁמֵר custos, שָׁמַרְיִ custos meus, שָׁמַרְךָ custos tuus, אִיבְּכָם hostis vester.

3. Participia verborum לְהָ ante additamenta apocopantur, i. e. הַ— abicitur, e. g. רָאֵה *vates*, plur. מְרָאִים *aspectus*, cum suff. 3. m. s. (semper הַ—) מְרָאֶה (—הַ—), cum suff. 3. f. s. (saepe הַ—) מְרָאָה. In statu constr. S^oγol in Sere producitur, e. g. מְרָמָה *vates fraudis*, i. e. *vates fallax*.

4. Participia verborum יְיָ et יְיָ et in statu constr. et in forma feminina קָמֵשׁ aut שָׁרֵךְ retinent, v. g. קָמֵשׁ, מִתְקָמֵשׁ; fem. קָמַה, מִתְקָמַה; stat. constr. קָמֵשׁ, מִתְקָמֵשׁ.

§ 70. Index substantivorum anomalorum.

1. אָבִי *pater*; stat. constr. אָבִי, cum suff. levi, cum suff. gravi אָבּוֹת. Plur. אָבּוֹת, stat. constr. אָבְיוֹת, אָבְיוֹת, אָבְיוֹת, אָבְיוֹת.

2. אָח *frater*; stat. constr. אָחִי, cum suff. levi, cum suff. gravi
אָחִי, e. g. אֶחָדֵיכֶם, אֶחָדֵיכֶם. Plur. אָחִים, cum suff. (in p.),
אָחִים, אָחִים, אָחִית.

3. אֲחוֹת *soror*; stat. constr. אֲחוֹתִי, אֲחוֹת, pl. אֲחוֹתִים, cum suff. אֲחוֹתִינוּ (interdum אֲחוֹתִיךְ).

4. *אנשיהם*, *אנשין*; *אנשי*; *אנשים*. stat. constr. rare *איש* (*אישים*).

5. אֲנָשָׁה *ancilla*; אַמְתָּח *אַמְתָּח*; in plurali הַרְטִינֵּת *retinetur*: אֲמָהוֹת *אֲמָהוֹת*, stat. constr. אַמְהָוִת *אַמְהָוִת*.

6. אֲשָׁה *mulier*; stat. constr. תְּאַשֵּׁת, cum suffixis (ut forma segolata אֲשָׁתָּה אֲשָׁתָּךְ אֲשָׁתָּנוּ אֲשָׁתָּם) אֲשָׁתִי נְשִׁים, נְשָׂיו; נְשִׁי נְשִׁיהם.

7. *domus*; stat. constr. בֵּית plur. בְּתִים (*bāttîm*), בְּתִי.
 8. *filius*; stat. constr. בֶּן vel בֶּן cum Makkeφ subsequenti; בָּנִי (in p. בָּנָה), plur. בָּנִים; stat. constr. בָּנִי; cum suff. levi, בָּנִי, בָּנִים cum suff. gravi, בָּנִים.
 9. בָּנוֹת בַּת plur. בָּנוֹת, stat. constr. cum suff. בָּנוֹת, בָּנוֹת.
 10. *socer* et *socrus* חָמָז ut nr. 2 et 3.
 11. *dies*; plur. יּוֹמִים, stat. constr. יּוֹמִי; dualis *biduum*.
 12. בָּלִי (*vāsis*) (i. p. בָּלִיךְ; plur. בָּלִים, בָּלִיךְ); (בָּלִי, plur. בָּלִים, בָּלִיךְ).
 13. מַיִם *aqua* (pluralis!), stat. constr. מַיִם et מַיִם.
 14. *urbs*; plur. עָרִים, stat. constr. עָרִי.
 15. *ōs* (*oris*), stat. constr. פִּי; cum suff. os meum, פִּיךְ.
 16. פִּיות vel פִּיות (pl. פִּיכְם, פִּיךְ); פִּיה גְּבִילִים, פִּילִים.

§ 71. De numeralibus.

1. Numeri cardinales substantiva abstracta sunt eaque anomala, excepto אֶחָד, quod plerumque adiectivi naturam habet.

a) Cur masculina numeralium 3—10 femininae formae sint et femininae masculinae, non satis liquet. שְׁתִי, שְׁתִים cum Dayeš leni legenda sunt, quia supponenda esse videtur pronuntiatio 'estajim, 'estē (cum נ prostheticō).

Masculinum.		Femininum.	
Stat. absol.	Stat. constr.	Stat. absol.	Stat. constr.
1 א	אֶחָד	אֶחָת	אֶחָת
2 ב	שְׁנִים	שְׁנִי	שְׁנִי
3 ג	שְׁלִשָּׁה	שְׁלִשָּׁת	שְׁלִשָּׁ
4 ד	אֶרְבָּעָה	אֶרְבָּעָת	אֶרְבָּע
5 ה	חֲמִשָּׁה	חֲמִשָּׁת	חֲמִשָּׁ
6 ו	שְׁשָׁה	שְׁשָׁת	שְׁשָׁ
7 ז	שְׁבָעָה	שְׁבָעָת	שְׁבָעָ
8 ח	שְׁמִינָה	שְׁמִינָת	שְׁמִינָה
9 ט	תְּשִׁבָּעָה	תְּשִׁבָּעָת	תְּשִׁבָּע
10 י	עֲשָׂרָה	עֲשָׂרָת	עֲשָׂרָה

b) Numeri, qui sequuntur inde a 11 usque ad 19, in statu absoluto tantum inveniuntur.

Masculinum.		Femininum.	
11 עֲשָׂר	יא	{ אֶחָד עֲשָׂרָה	{ אֶחָת עֲשָׂרָה
12 עֲשָׂר	יב	{ שְׁנִים שְׁנִי	{ שְׁתִים שְׁנִי

Numeri a 13 usque ad 19 eo exprimuntur, quod monades velut verba separata ante **עָשֵׂר** (fem. **עָשָׂרָה**) ponuntur; et monades masculinae quidem in statu absoluto adhibentur, femininae autem in statu constructo, e. g. .

13	שְׁלֹשֶׁת עָשָׂר יג	שְׁלֹשׁ עָשָׂרָה
14	אַרְבָּעָה עָשָׂר יד	אַרְבָּע עָשָׂרָה
15	חֲמִשָּׁה עָשָׂר טו	חֲמִשׁ עָשָׂרָה etc.

Viginti (ב) plurali numeralis *decem* (**עָשָׂר**) significatur. Numeri a 30 usque ad 90 plurales monadum sunt:

30	תְּשִׁעים צ שְׁבָיעִים ע	50 תְּמִשְׁים ג שְׁלֹשִׁים ל	70 שְׁבָיעִים ז	90 תְּשִׁעים ט
40	אַרְבָּעִים מ שְׁמִינִים ס	60 שְׁשִׁים פ אַרְבָּעִים מ	80 שְׁמִינִים ט אַרְבָּעִים מ	

Omnis hae decades unam habent formam sine feminino et statu constructo. Quibuscum monades ut verba separata coniunguntur et modo anteponuntur modo (imprimis in libris recentioribus) postponuntur. Monades et decades ope Waw copulativi (§ 75, 1), quod *et* significat, coniunguntur: **חֲמִשָּׁה וּשְׁבָיעִים עה** *septuaginta quinque*.

c) *Centum*: **מֵאתָה ק**, stat. constr. **מֵאות ק** (subst. gen. fem.). *Ducenti*: **מֵאות ר** (dualis). Ceteri centeni ita exprimuntur, ut ad monades in stat. constr. feminini positas adiciatur, e. g. **שְׁלֹשׁ מֵאות ש trecenti**.

Mille: **אֱלֹפִים כ** subst. gen. masc. *Duo milia*: **אֱלֹפִים כ ל** (dualis). Cetera milia ad monades in stat. constr. masculini positas adiciunt, e. g. **אַרְבָּעָה עָשָׂר אֱלֹפִים כ ל**. *Decem milia* interdum exprimitur per **רְבָבָה י** (רְבּוֹא, רְבּוֹ, רְבּוֹת) i. e. *multitudo*, **עֻמְרִיאָס**. *Viginti milia*: **רְבּוֹתִים ב** (dualis).

2. Ordinalia a numero *secundus* usque ad *decimus* ex cardinalibus formantur apposito **י**; praeter **i** finale, nisi cardinalis vocalem **i** iam habet, alterum **י** in ultima stirpis syllaba ponitur; excipias **שְׁנִי**, **שְׁשִׁי**, **שְׁבִיעִי**, **שְׁמִינִי**, **עָשְׂרִי** quod unum tantum Chirek habet. Unde formae oriuntur:

שְׁנִי secundus	שְׁשִׁי חֲמִשִּׁי, חֲמִשָּׁי	שְׁמִינִי octavus
שְׁלִישִׁי tertius	שְׁזִבְעִי sextus	תְּשִׁיעִי nonus
שְׁבִיעִי quartus	שְׁבִיעִי septimus	עָשְׂרִי decimus.

Primus est **רְאֵשׁ רְאֵשׁוֹת** (*a initium*), fem. **רְאֵשׁוֹת**. Ad formandum femininum ordinalium **ת** adiungitur, e. g. **שְׁשִׁית sexta**. Ordinalia inde ab **עָשְׂרִי** non peculiari forma, sed cardinalibus exprimuntur.

Adnot. Mensium dies et annorum numeri, etiam ab 1 usque ad 10, saepe cardinalibus significantur, e. g. **בְּשִׁנְתַּת שְׁלֹשׁ tertio anno**.

3. Numeri distributivi duplicatis cardinalibus exprimuntur, e. g. **שְׁנִים bini**.

4. Numeri *multiplicativi* interduin femininis cardinalium designantur: **אחת semel**, **שתיים bis**, **שלש ter**, interdum masculinis: **שבעים shev'ahim** (septuages *septies*). Saepius autem subst. gen. fem. **פעם passus**, **ictus**) adiungitur; **bis** tunc duali exprimitur: **פעים pa'im**; **ter** autem: **שלשים shelishim**. Iterationi significandae inserviunt formae femininae cardinalium: **שנית secundo**. Adverbia multiplicativa duali cardinalium exprimuntur, e. g. **ארבעתים arba'atim** *quadruplum*, **שבעתים shev'atim** *sempliciter*, *septuplum* (Gen. 4, 15).

5. Numeri fracti feminino ordinalium designantur, e. g. **ששית pars sexta.**

6. Numeris suffixa quoque adiciuntur, e. g. **שְׁנַיִם** *ii duo,* **אֲמֹבוֹ**, **שְׁלָשָׁתֶם** *. vos tres.*

D. De particulis.

§ 72. De adverbiis.

1. Nonnulla adverbia suffixis aucta vim verbi auxiliaris esse includunt. Adduntur suffixa nominis vel verbi, et quidem saepe suffixa cum *Nun* *energico* (*epentheticus*) coniuncta. Huc pertinent:

אַיִלְלָנִי (proprie: *non esse*), stat. constr. אֵין *non*, e. g. *ego non sum; non est et non sumus*, cf. § 13, 2, adnot.), אֵינוּם, אֵינֶם.

פָּרְאֵסֶת *praesto*, e. g. **פָּרְאֵסֶת** *praesto es, ades, יִשְׁנֵז* *adest.*

עד *adhuc*, ב.ג. עדכָ פֶּשׁ *adhuc superest*, עַזְרָךְ, עַזְרָנָה, עַזְרָנָה.

הִנֵּי *hic* (proprietary *ecce*), e. g. הִנֵּי in pause et הִנֵּי הַנָּה
me, *adsum*, נִצְחָן, הַנָּזֶן (§ 7, adnot. 2), הִנֵּנוּ ecce eum; הִנֵּנוּ (§ 7, adnot. 2), *ecce nos.*
הִנֵּם, הִנְכִּם.

אֵי *ubi*, e. g. *אֵיכָה ubi est*, *אֵיזֶה ubi es*, *אֵיזֶה ubi sunt*.

2. Particula interrogativa plerumque est הַ (He interrogativum), quod cum prima interrogationis voce ut praefixum coniungitur, e. g. לְבָנֶךָ עַל־עֲבָדִי אַיִצְבָּה *advertistine animum ad servum meum Job?* Chaṭeq-Paṭach ante consonantes nota Š°wa instructas in Paṭach mutatur, v. g. הָאָגָן *egone*, הַשְׁמַעַתּוּם *audistisne*; quae consonantes saepe Dayeš forti signantur, v. g. הַפְּתַנְתּ בְּנֵךְ הֵיא, *an haec vestis filii tui est?* Ante gutturales vel Paṭach ponitur vel, si notis Kameš vel Chaṭeq-Kameš ornatae sunt, S°yol, v. g. הָאִירָא *num timeam?* הַחֲכָם אַתָּה *esne sapiens?*

מִנְיָם si adhibetur in interrogatione indirecta (raro = *num*, *an*),
מִנְיָם הַ utrum an in interrogatione disiunctiva.

§ 73. De praepositionibus.

Praepositiones, quae sequuntur, iam non separata sunt vocabula, sed formae mutilae, quae vocibus, ad quas pertinent, ut praefixa anteponuntur: בְ in, לְ ad, de quorum usu supra dictum est (§ 53, 1); בַ sicut (punctatur ut בְ, לְ); תֵן, quod cum voce sua plerumque copulatur (§ 53, 1, adnot.).

Adnot. Vocabulum יְהוָה a Iudeis non pronuntiatur, sed eius loco אֶלְךָ legitur. Quare praepositiones vocabulo יְהוָה praefixa illa vocali notantur, quam forma אֶלְךָ requirit, v. g. מִיהָזָה בְּרִיחָזָה, לְיְהָזָה (§ 53, 1, adnot.).

§ 74. De suffixis praepositionibus adiungendis.

1. Cum praepositiones origine sua sint nomina, suffixis nominis quoque augeri possunt, e. g. תְחִתָּה sub vel pro, cum suffixo תְחִתָּם pro iis. Praepositio עִם cum ante suffixa saepe in forma longiore apparet, e. g. עַמְּדִי (vel עַמְּדִ), עַמְּקָעַ (in p. עַמְּקָעַ), עַמְּנָא, עַמְּכָם. Praepositio תְּאַת apud, cum, si suffixa adduntur, a nota accusativi תְּאַת eo distinguitur, quod praepositio in תְּאַת (pro אַתָּה) mutatur, nota acc. in תְּאַת (אַתָּה) vel in תְּאַת, e. g. אַתִּי apud me, אַתִּי apud vos, sed תְּאַתְּכָם אַתִּתְּכָם vos.

2. Hic praesertim memorabiles sunt praepositiones in paragraphe superiore enumeratae. Quae cum suffixa adiungenda sunt, aut ad priorem formam redeunt aut longiore forma vel Kames ante accentum posito (§ 18, 3) confirmantur.

1. comm.	לִי	mihi	אתִי	mē	בִּי	in me
2. m. (in p. לְךָ)	לְךָ	tibi	אתְךָ (in p. אַתְךָ)	te	בְּךָ (בְּךָ)	etc.
f.	לְךָ		אתְךָ		בְּךָ	
3. m.	לוֹ	ei	אתֹנוֹ	eum	בוֹ	
f.	לְהָ	ei	אתָהָ	eam	בְּהָ	
1. comm.	לְנוּ	nobis	אתְנוּ	nos	בְּנוּ	
2. m. et f.	לְכֶם־	vobis	אתְכֶם־	vos	בְּכֶם־	
3. m. et f.	לְהֶם־	iis	אתְהֶם־	eos	בְּהֶם־ (בְּהֶם־)	
1. comm.	מִתְּפָנֵי	a me	בְּמַזְנֵי	ut ego		
2. m. (in p. מִתְּפָנָךְ)	מִתְּפָנָךְ	{ a te	בְּמַזְנָךְ	ut tu		
f.	מִתְּפָנָךְ		בְּמַזְנָה	ut is		
3. m.	מִתְּפָנָנוּ	ab eo	בְּמַזְנָה	ut ea		
f.	מִתְּפָנָה	ab ea	בְּמַזְנָנוּ	ut nos		
1. comm.	מִתְּפָנָנוּ	a nobis	בְּמַזְכָּמִין	ut vos		
2. m. et f.	מִתְּפָנָם־	a vobis	בְּכֶם־			
3. m. et f.	מִתְּפָנָם־	ab iis	בְּמַזְהָמִין	ut illi	בְּהֶם־	

Adnot. Praeterea poëtae hisce formis utuntur: מִנִּי *a me*, לְמַנוּ *iis*, מִנִּי et לְמַנוּ et ab eo, מִנְהָם *ab iis*. Iidem etiam pro לְ, בְ, בֶּן formas מִנְהָה sine suffixis velut voces separatas adhibent.

3. Praepositiones aliquot origine nomina pluralia sunt; quare etiam suffixa pluralis accipiunt. Aliae modo tamquam nomina singularia modo tamquam pluralia apparent. Tales sunt:

אַחֲרֵי, אַחֲרִי *post*, cum suff. *post me*, אַחֲרִיךְ.

אַלְיָוֹן, אַלְיָךְ, אַלְיָהָם, אַלְיָכֶם *(in poesi etiam ad, in, cum suff. ad me, אלְיָהָם, אַלְיָכֶם)*

בֵּין (stat. constr. radicis *inter*, cum suff. *between*) ; cum suffixis, quae pluralem designant, in forma plurali cum masculini tum feminini generis: בֵּינוֹתָם, בֵּינוֹתָיכֶם, בֵּינוֹתָנוּ; בֵּינוֹתָנוּ, בֵּינוֹתָיכֶם, בֵּינוֹתָנוּ.

סְבִיבִיתָה, סְבִיבּוֹתָיו et סְבִיבּוֹתִיךְ et סְבִיבּוֹתִיהָ.

עַדְיָכֶם, עַדְיוֹן, עַדְיָךְ, עַדְיָיָהָם *(עדְיָהָם usque ad, cum suff. ad, usque ad, cum suff. עדְיָהָם)* et עַדְיָהָם *(Kameš retinetur cum accentu secundario!)*.

עַלְיָהָם, עַלְיָכֶם, עַלְיָהָה, עַלְיָהָוֹת *(עלְיָהָם super, cum suff. עלְיָהָם, עלְיָהָוֹת)*.

תְּחִתְיָהָם, תְּחִתְיָכֶם, תְּחִתְיָהָוֹת *sub, loco, beneath*.

§ 75. De coniunctionibus.

1. Coniunctio maxime usitata est Waw copulativum. Ad voces enim pariter atque ad enuntiationes quolibet modo conectedas adhibetur Waw Š°wa mobili ornatum; pro vario copulandi modo varias significationes exprimit, e. g. *et, autem, quoque, vel, igitur, enim, tum*.

Ante gutturales cum Chatəφ coniunctas loco Š°wa mobilis copulativum adsumit vocalem correspondentem, e. g. וְאַנְיִם *et ego*. Ante alias consonantes cum Š°wa mobili et ante literas labiales בְּ, מְ, פְ, נְ, בֶּ, מֶ, פֶּ, נֶ, v. g. וְבָאָרֶץ *et in terra*, וְלָךְ *et tibi*. Cum וְ Waw cop. coalescit in וִ, e. g. וִיְהִי *et sit*; ante accentum autem saepe, imprimis cum duo vocabula similia coniungenda sunt, et in pausa, vocalem Kameš (accentui praecedentem, § 18, 3) adsumit, e. g. יְבָרֵךְ *bonum et malum*. (De nominibus divinis animadvertisendae sunt contractiones: וְאַלְנִי, וְאַלְקִים).

2. Aliae coniunctiones saepius occurrentes sunt: כי *quia, nam*, post verba *sentiendi* et *dicendi* כי adhibetur loco particulae graecae δέ sive loco accusativi cum infinitivo latini; מְעַנְּה, *ne*; מְעַנְּה, *ne*; אֲזֶן *autem*; אֲזֶן *et etiam*; אֲזֶן *si*, לְזֶן *utinam*. Addita particula relativa אֲשֶׁר vel coniunctione כי praepositiones permultae

אחר אשר **ב**ן quemadmodum, v. g. **ב**ן אשר postquam, **donec**, **quia**, **ויען** אשר עד אשר eo quod.

§ 76. De interjectionibus.

Interiectiones propriae, quae frequentissime occurunt, sunt: **אָחָה** *heu, eheu, אוֹי, אוּי, אוֹי הָזֶה* *vae.* Praeterea diversae aliae voces eo, quod vivaciter pronuntiantur, interiectiones fiunt, e. g. **הַנֵּה** *et* **הִנֵּה** *et* **לְכָה** *et* **לְכִי** *et* **הֲבָה** *et* **הֲבִי** (imperat. verbi **יְהַב dare**) *et* **הַלְּקָה** *et* **הַלְּקִי** (imperat. verbi **יְלַקֵּר ire**) *age, agite.* Particulae obsecrationis vel urbanitatis sunt **בִּנְאָה** *et* **בִּנְאָה** *(quaeso).*

Pars tertia.

De enuntiationum constructione sive de syntaxi.

A. De syntaxi nominum.

§ 77. De articulo.

1. Hebraei articulum semper fere ponunt, cum linguae nostrae eo utuntur. Omittitur tamen plerumque in sermone poetico. Nunquam ponitur articulus ante nomen suffixo determinatum aut cum genetivo coniunctum (i. e. in stat. constr. positum), v. g. בְּנֵי אַבִּיךָ οἱ υἱοὶ τοῦ πένητος.

2. Articulus ante nomen rectum positus pertinet ad nomen regens aut potius ad totam notionem compositam, e. g. בֵּית הַמֶּלֶךְ arx regis, בֵּית מֶלֶךְ regia (quaedam) domus.

3. Cum substantivum cum articulo scriptum est, adiectivum quoque et pronomen demonstrativum, quod substantivo adiunctum est, articulum adsciscit, e. g. הַעֲצָה הַרְעָה *consilium pravum*, הַגָּנוֹן הַגָּדוֹל *magnus iste populus*. Pariter omnia epitheta articulum adsumunt, cum substantivum idcirco tantum eo caret, quia aut suffixum aut genetivum secum habet (conf. nr. 1) בֵּית הַטְּלָקָה הַגָּדוֹל *magna arx regis*. Quodsi praepositio cum articulo coniuncta est, ante omnia attributa articulus repetitur, non vero praepositio, e. g. לְאִישׁ הַזֶּה *huic viro.*

4. Nomina propria articulo egent, exceptis iis, quae origine appellativa sunt quaeque ut nomina propria articulo solo innotescunt, e. g. **הַלְבָנָן** *mons Libanon* (*albus*), **הַרָּמָה** *urbs Rama* (*locus editus*).

5. Articulus interdum vim demonstrativam habet, e. g. **הַפָּעָם** *hac vice*, **הַיּוֹם** (*hoc die*) *hodie*.

6. Vocativo plerumque articulus praefigitur, e. g. **הַטָּלָךְ o rex!** *o summe sacerdos!*

7. Articulus hebraicus coniungitur quoque cum nominibus, quae materias ubique praesentes vel genus rerum determinatum omnibusque notum designant. Hoc modo articulus praecipue in comparationibus adhibetur, e. g. **בָּשָׂלָג וְלִבְנִים** *alba fiant ut nix*, **כֶּבֶד בְּמַקְנָה בְּכֶסֶף וּבְזָהָב** *dives pecore, argento, auro*.

8. Hebrei saepe articulum definitum ponunt, ut personam vel rem nondum quidem memoratam, sed in se determinatam significant, cum linguae recentiores articulo indefinito utantur, e. g. **וַיְשִׁלַּח אֶת־הַעֲנָב** *et emisit corvum* (*a raven, einen Raben*); **הַיּוֹנָה columbam** (*a dove, eine Taube*). Alias saepe articulum indefinitum prorsus omittunt, interdum autem nomen numerale **אֶחָד** (*unus*) adhibent, v. g. **וְהִנֵּה נָבִיא אֶחָד נִגְשָׁה אֶל־אֶחָד** *et ecce, propheta accessit ad Achab*.

§ 78. De genere.

Sicut ceterae linguae semiticae, ita et hebraica genus tantum masculinum et femininum distinguit. Femininum etiam pro neutro linguae latinae adhibetur, ubi notiones abstractae et generales designandae sunt, e. g. **כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה** *in ore ipsius nihil est veri* (Ps. 5, 10); **אֶחָת שָׁאַלְתִּי** *unam (unum) petii* (Ps. 27, 4).

§ 79. De numero.

1. Singularis saepe ponitur ad significandam rerum vel animalium pluralitatem, velut **בָּקָר armentum** (i. e. *boves*), **צַאן pecus** (i. e. *oves*), **לְעֵל ligna**, **כְּסֶף argentum**, **תְּחִזָּה triticum**. Quae collectiva cum in *plurali* reperiuntur, aliam habent significationem, e. g. **חֲטֹבִים grana tritici**, **כְּסֶפִים nummi . argentei**. Singularis nominum quoque gentilium cum articulo coniunctus saepissime vim pluralem habet, v. g. **הַיּוֹסֵד Jebusitae**.

2. Pluralis hebraicus significat:

a) rerum, animalium, personarum multitudinem;

b) extensionem localem, v. g. **פְּנִים facies**, **שְׁמִים caelum**, **צְאַרְיִם cervix**;

c) notionem abstractam, e. g. חַיִם *vita*, זָקְנִים *senectus*, רְחַמִּים *misericordia*;

d) „internam multiplicationem“; adhibetur enim ad notionem cum emphasi urgendam vel ad augendam notionis vim (*pluralis intensivus*), e. g. גְּקֹמוֹת *plena ultio*. Huc imprimis pertinent vocabula, quae dicuntur *pluralis excellentiae* vel *magnitudinis*, minus recte *pl. maiestaticus*.

α) אֱלֹהִים *Deus*, pluralis vocis אֱלֹהָה. Sic plerumque verus Deus nominatur, raro dii gentium.

